tra aduersitates: quippe taliter sibi deū auxiliari petit p̄s. **D**a inq̄t
nobis dñe auxiliū tuū de tribulatōe. **E**cce nō petit q̄ tribulatō au-
ferat: **S**z q̄ de ip̄a auxiliū eliciat. **V**t sc̄z de⁹ det q̄ ip̄a tribulatō sit
homini in auxiliū d̄tra hostes. **Q**ualeſ forsū inq̄ſt. **D**rofecto lic̄z
job deo associari peteſ. et hac suppoita associatōe ad om̄s indiffe-
renter diffidēdū aiatus dixerit: dñe pone me iuxta te: et cuius vis
manꝝ pugnet d̄tra me. tm̄ cū p̄s. dicit. **D**a nobis dñe auxiliū de tri-
bulatōe: petit hoc gen⁹ auxiliū q̄d d̄tra piculōſiſſimos hostes valz
puta latentes et incognitos: q̄ppe piculosa est pugna q̄ nō cogno-
scit inimic⁹. **H**uiꝝ aut̄ hostes sunt falsa gaudia fallaces p̄ſperita-
tes mundi: que tāto sunt hostes piculōſiores q̄nto blandiores: blā-
diendo em̄ et festiuādo occidūt: queadmcdu put in regū libro le-
git. joab marsalcus regis dauid amasiam occidit ip̄m p̄ mentum
tenet: et in signū amicicie salutās. **S**i itaqz mūdꝝ tibi arrideat blā-
dicijs suis. **V**icas ſecure cū illo ouidio. **B**ella mihi video bella pa-
rāt: et gaudēter utere illo dei auxilio q̄d d̄ tribulatōe elici: q̄ppe
tribulatōs d̄tra tales aduersantes ſūme valēt

XXIII. CON-

Dicesimatercia puella sic ait. **C**ur hō de tribulatōne querularis.
An ignoras q̄ si hō haberet amicū q̄ ppter ip̄m in tribulatōe
essz v̄l turbatōe dignū essz atqz iustū: q̄ ip̄e hō tal cū illo aico esset
ad ip̄z p̄ ſuī p̄ntiā d̄ſolādū tali q̄dez d̄ſolatōe q̄lē ei rōnabiliter pos-
sz ip̄edere: **S**z q̄d: **N**ūquid de⁹ d̄ſolator opti⁹ ſuis aicis ppter ip̄m
tribulatis in h̄ deficiet: **A**bſit. **P**pe est nimirū q̄ ſuis dixisse dinoscit

v

Ego ipse consolabor vos scilicet per meum ipsum presentiam: cum de tribulato huius
ut sepius commemoratum est dixerit per prophetam cum ipso sum in tribulatō
ne. Sane in hoc verbo potest consistere multiplex consolatio. Nam si deus est mecum in tribulatō
quid ergo requiro amplius. Nam nihil aliud aut plus pro deo meū velle debeo exemplo illius marie in cuius
persona dicit ille origenes. Domine meū solus quero ipse solo potest me
consolari. Sed et valde auarus dicit cui deus non sufficit. Si etiam homo
de ipso deo non tentat quomodo de quocunq; dono dei interiori vel
exteriori poterit contentari. Deus itaque qui consolatur nos in omni
tribulatōne nostra sufficiens est per consolatōne habenda: quod patrem
tam de deo patre quam de deo filio et deo spiritus sancto. Dixit philip-
pus ad filium de deo patre. Domine ostende nobis patrem et sufficit no-
bis. Dicit de sapientia que filio appropriatur. Veneratus mihi omnia
bona pariter cum illa: et cui non sufficerent omnia bona. Omne au-
tem quod venit cum illa est homini bonum: utpote que nihil nisi bonum
in sua habet continua: quod etiam venit cum illa ordinem habet ad
finem bonum et optimum ad quem suam conductit continuum: quippe
ipsa attigit a fine usque ad finem fortiter: et disponit oia suauiter. Veni-
ens igitur cum illa e fine saltus sortitur boni atque suavis ratione
Dicit autem omnia bona quae ad quem venit deus. ut amicus illi co-
abit omnia sua bona iuxta illud in figura. fili tu super mecum es: et oia
mea tua sunt: sua autem sunt omnia bona. Unde et diligentibus
deum omnia coopantur in bonum: etiam que in se non sunt bona
ut sunt peccata sicut glosas propter quod signanter dicit. Veneratus mihi
omnia bona id est omnia venerunt atque reddunt mihi bona: quibus
etiam aliquis sicut se non sunt bona. Veneratus autem cum eterna sapientia
que nunquam fieri smeret quecumque mala nisi ex eis sciret elicere bona
Pursum deus spiritus sanctus pacificus est dulcis hospes anime cui
iustus quidem dulcedo amaritudini tribulatōnis predominat: ita profe-
cto ut sufficiens sit ad amaritudinem tribulatōnis repellendā: et per
sequens ad illum consolandum de quo dicit. cu[m] ipso sum in tribulatōne
quod in eo libenter facit qui obice[n] ponit eo quod pacificus esse sibi proprie-
tatem. Denique hoc quod dicit cum ipso sum in tribulatōne: tamen valet
ac si dicat ipi tribulato[rum] patior. vel potius in persona ipsius ego patior
quemadmodum in persona petri se passus p[ro]dicebat: cu[m] eidem dicebat
venio romā iterū crucifixi: et quemadmodum dicet in iudicō his quae
a simistris eius erunt. Esurient et non dedistis mihi manducare. sitiunt et
non dedistis mihi potū. et sequitur: tunc renderebunt ei et ipsi dicentes.
Domine quoniam te vidimus esurientē aut sitiēt: et non ministravimus tibi:
tunc renderebit illis dices. Amen dico vobis quod diu non fecistis unius
de misericordiis his nec mihi fecistis. O viscerosa erga hominem caritas dei. omnes patienti sibi assumentis. que merito debet omnem ho-
minem tribulatum consolari.

XXIII. CONSIDERATIO.

2

Dicesimaquarta puella sic ait. *Cur hō de tribulatōne tristari?* *per quā ad duas eximias virtutes humilitatem. s. et patientiā efficaciter disponeris.* *Vis hō scire q̄tum ad humilitatē?* Ecce dicit pater clareuallis. q̄ sicut patientia ad pacē. lectō ad sciaz: ita humiliatō est via ad humilitatē: si ergo virtutem appetis humilitatis. viam nō refugias humiliatōnis. nam si non pateris humiliari nō poteris ad humilitatē puehi. hō ille pater. Sed qd: certe per tribulatōnes homines humiliant. teste ps. tribulauerūt inq̄t eos inimici eoz et humiliati sunt. igitur p̄ tribulatōes homines ad virtutem humilitatis disponunt. Nec aut̄ vir̄ quanti sit valoris qnrumq; hominem omet hoc sodales mee docebūt inferius evidenter. *M*ursum sicut h̄m p̄fatum patrem humiliari est via ad virtutem humilitatis. Ita tribulatōnes pati via est ad virtutem patientie. Sed quanti est hō? *P*rofecto tanti est q̄ nulla re exterioz potest adequari. *E*st nimirū tāti valoris armatura. q̄ nec vlla alia q̄uis aurea. q̄uis margaritis. aut q̄bus libz lapidibz p̄ciosis p̄ornata vallet tūc quātū ipa p̄tegere hominē a iaculis verborum. a gladio ligue inque. et a verbo mendaci. aut etiā verbo pungituo. cū potius iacula h̄moi et sagittas nōnunq; in ipm iacietem soleat patientia retorquere.

XXV. CONSIDERATIO.

Dicesimaquinta puella sic ait. *Cur de tribulatōne turbaris que valet ad pietatē valetq; ad spei firmitatē?* *Vis scire q̄ valeat ad pietatem?* sicut ecōtra homo in delicijs nutrit. nescit alijs compati. *A*udi apostolū. Non habem⁹ inquit pontificem. qui non possit dpati infirmitatib⁹ nostris temptatū per omnia. *Vis scire q̄ tribulatō ad spei valeat firmitatem?* *A*udi primo apostolum paulum de spe. p̄ patientiā inquit spem habeam⁹. Merito siquidem d regno celoz spem h̄z q̄ moneta h̄z q̄ ipm emit⁹. Que nā inq̄es ē illa. *P*rofecto moneta illa ab electis minime reprobāda est tribulatō. hinc in libro job dicit⁹. Increpatōnez dñi ne reprobes. Sane de spei firmitate exp̄ssus loquit⁹ pastor dominici gregis. greg. *T*āto inquit spes in deo solidior surgit quanto p̄ illo quisq; grauiora p̄ulerit qz nequaq; retributōnis gaudiū de eternitate colligitur qd nō hic pia tribulatōe seminat⁹. hō ille. Sz quid operat⁹ hec spes? *A*udi gregorii ibidem. Spes inquit in eternitatem animū erigit⁹. et idcirco nulla mala que exteri⁹ tolerat sentit.

XXVI. CONSIDERATIO.

Dicesimasexta puella sic ait. Nōne nosti q̄ tribulatō valet multipliciter ad virtutes. *N*imirū tribulatō vtutes iuuat. vtutes manifestat. virtutem perficit. *Vis scire q̄ tribulatō virtutes iuuet?* *A*udi venerabilē jeronimū adiutrix inq̄t virtutū est tribulatō. *Vis scire q̄ tribulatō virtutes manifestet?* *A*udi gregorium egregie de hoc loquente. Aromata inquit fragrātiā suā non nisi cū incendūtur expādūt. Ita sancti viri oīe qd vtutib⁹ redolet i tribulatōibus

innotescunt. Sed et pater clareuallis expōnens illō cañ. **V**niversi pulueris pigmentarij. Species inquit integre odorem quidem reduncit̄ non tū quantum dfracte crebris tensionib⁹ suptrite remotionem etiā locum odorifera disparsione pfundunt; sic et virtutes in pace fortiter redolent. s̄ fortis in tribulatione; qz virt⁹ in pace acqrit⁹. i psecutōe pba⁹. approba⁹ i victoria. h̄ p̄ ille. Deniqz vis scire qz tribulatō virtutem pficiat. Audi apostolū paulum. Virtus inquit in infirmitate pficitur. Nec mirum. multis nanqz modis facit tribulatō ad pfectionem virtutis. Deimo quidem qz purgat virtutes ut ignis aux̄. Audi gregorium. fornax inquit tribulatōis ligna vicōz incinerat et aux̄ purgat. Sed o qz hostem virtutum debilitavit scz corp⁹ cui⁹ sensus proni sunt in malum; et cui⁹ caro decupiscit aduersus spm. Tercō qz magnitudo tribulationum occasionem dat vt de⁹ gratiam augeat. Audi apostolum. fidelis inquit ē de⁹ qui nō pmittit vos temptari scz p tribulationes supra id quod potestis. s̄ faciet cum temptatōe puentum. i. virtutis augmentum ut possitis sustinere. Audi quoqz et senecam illustrem. multa iquit adicit sibi virtus lacesita. Deniqz audi in signem gregorium. Elector̄ inquit desideria duz pmunt aduersitate pficiunt sicut ignis flatu pmitur vt crescat et vñ quasi extingui cerni⁹ inde roboratur.

XXVII. CONSIDERATIO.

Ticesimaseptima puella sic ait. De tribulatōne. cur tristaris. boñ tuū qd̄ de⁹ intendit non aduertis. Ecce intendit tuam custodiā ac cordis atqz virtutum tuaꝝ dseruatōnem. Vis hoc scire. Audi dominici gregis custodem egregium. beatissimū patrem gregorium. Hisi inquit p̄. p tribulationes se meli⁹ seruari nosset non diceret pba me de⁹ et tempta me; et rursum idez tūc inquit. interius custodimur. cū per dispensatōnem dei tolerabiliter temptamur exteris. aliquā vicijs. aliquā pressuris. Tribulatō etiam custodit sapientiā cordis ne pdatur. sicut econtra dict⁹ pater beatissim⁹ de salomone loquens. Ideo inquit sapiētia cor salomonis deseruit qz eum nulla disciplina tribulatōnis custodiuit. hec ille pater. Cor da itaqz amicor̄ dei sub tribulatōne dseruantur. sicut ignis sub cinere et semen sub niue. Quapropter et dñs precepit in lege qz tabernaculum supra opertum eſz d sagis cilicinis qui asperi sunt ad preciosas cortinas subt⁹ existentes custodiendas a pluia et a vētis p quod significatur qz sub aspitate tribulationum dseruantur p ciole virtutes sanctor̄ et p̄cipue humilitas que a mundi p̄sperita tib⁹ impugnatur.

XXVIII. CONSIDERATIO.

Ticesimaoctaua puella sic ait. Cur hō de tribulatōe tristaris cū tribulatiōe materiā spūalis gaudijs et cām dñij solatijs dstat esse? Qz si de hoc dubites. Audi multiplex testimoniū. Nonne dicit gloriosus archiantistes ambrosh⁹. Deus non est immemoz suor̄ qz dat eis in tribulatiōe solaciūz. Nonne etiā dicit pater clareuallis?

Droppe est domin⁹ hijs qui tribulato sunt corde⁹ nec mirū nam et
 mater que egratantem nouit filium. magis fouet et amplectitur se
 p̄i⁹ quantūcunq; tribulatō seuiat non putes te derclictū. s; memi-
 neris scriptum esse. cū ipo sum in tribulatōne. h ille. **S**z quid. certe
 presenua amici est gaudiola seu solatoria. **N**onne vel aliqn audi-
 uissi verbuz illd apostoli suphabundo gaudio in omni tribulatōe
 qui et rursum de quibusdā dicit. In multo expimento tribulatōnis
 abundantia gaudi⁹ ipo fuit. **N**onne dicit apostol⁹ alibi gloria-
 mur in tribulatōib⁹. **N**onne dicit ps⁹. Letati sum⁹ p dieb⁹ quibus
 nos humiliasti. **N**onne gaudet languidus de morbi curatōne: sed
 tribulatō medicina est morbi expulsiua. p̄sertim si a deo acceptet⁹.
Hinc em⁹ dicit⁹ in libro job. Increpatōne dñi ne reprobes qm ipse
 vulnerat et medetur. **S**ed et operari⁹ de stipendio acquirendo uti-
 q; gaudet etiam in labore: sic etem⁹ dicitur in euangelio gaudete
 qm merces vestra copiosa est in celis. **S**ed et mercatores gaudent
 qui p vili precio merces emerunt p̄ciosas. Ipli autem tribulati qui
 in modico vexati in multis bene disponent⁹ p tribulatōe modica
 repute temporali et brevi mercedem sibi sparāt sempiternā. **D**eni
 q; virt⁹ hominis apparet in tribulatōe sicut virt⁹ simapis ex intri-
 tione. **B**on⁹ etiam gubernator in tempestate cognoscitur et in bel-
 lo miles et pugil in duell⁹ et nonne hui⁹ gaudium pariunt. **D**ro-
 fecto sic experientia hoc docente. Gaudent nanq; magni viri et
 tuosi in reb⁹ aduersis sicut fortis milites in bellor⁹ triumphis: et
 sicut gaudet ex victoria pugil fortis. **F**acit aut excellenter ad p̄po-
 situm dictū illustris senece. Nullum inquit ita magnum solatium
 est sicut illud quod extrahit⁹ de aduersitate. **Q**uid plura: mutatur
 plane seu duertitur tristitia tribulatōnis saltē in bonis homini-
 bus in gaudium exultatōnis. **N**onne ait ps⁹. in conuertendo capti-
 uitatem syon. facti sum⁹ sicut solati⁹: tunc repletuz est gaudio os
 nostrum et lingua nostra exultatōe. **S**ed et dicta mutatō in euangeli-
 ca hystoria aperte intelligit⁹ figurata p̄ mutatōnez aq; in vinū
 in nuptijs. et nonne vinum letificat cor hominis p̄sertim vinum
 consolationis. **S**ed ecce aqua tribulatōnis duertitur in vinum co-
 solationis et leticie spiritualis. **D**icet⁹ forte quanta aqua in quan-
 tum vinum. **D**eccedat in medium p̄pheta psalias in persona dei tri-
 bulatum consolans. **A**d punctum inquit in modico dereliqui te et
 miserationib⁹ magnis congregabo te. **Q**uocirca p̄magnandum p̄
 p̄ modica gutta vel aspersione punctalis tribulatōnis recipiem⁹
 diuina faciente miseratione quasi fluuium eterne pacis et thesaure-
 rum iocunditatis et exultationis quemadmodum illud dictum est-
 iocunditatem et exultationem thesaurisaut super eum. **Q**uapropter
 merito preeligenda est gutta aque tribulationis in vinuz gaudi⁹.
 tale et tantū mutanda gutte vini gaudi⁹ temporalis mutande
 tandem incoherentem tribulationis eterne. p̄mmo simul in ignem.

7

et aquā etetne afflictionis per que nō transitur ut in refrigerium veniat. **S**iquidem de hac mutatōne habetur exemplum in diuite epulone et lazaro paupe qui diues dicebat: cruciorū i hac flamma scz tam copiosa et suo calore tam afflictua nā illi responsuꝝ dſlat. **E**ili recipisti bona in vita tua et lazar⁹ similiter mala: nunc autem hic consolat⁹ tu vero cruciaris.

XXIX. CONSIDERAT⁹

Ticesimanona puella sic ait. **C**ur de tribulatōe turbaris: **N**on ſideras ꝑ deus eternus per tribulationes maximum tuuꝝ bonum intendit. **Q**uod inquies. **P**rofecto tribulatō educit hominem de prisione et nonnunqꝫ ad coronam. **V**is ſcire ꝑ tribulatio eaducat de prisione: **E**cce carcer cordis est vel prisio: quidquid inordinate diligitur in hoc mundo vbi anima miseri retinetur et ligatur a vinculis affectionis. **D**e hoc quidē eicit tribulatio: vt eft videre ſaltem in uno genere tribulatōnis. **N**onne legisti in actib⁹ ꝑ petrus detinebatur in carcere herodis et angelus percussit eum in latere et dixit surge velociter: latus vocantur in ſcriptura c̄mes illi qui homini affinitate vel ſocietate ſunt diuerti: quando ergo amicus hominis ei per mortem vel alio modo ſubtrahitur tunc in latere percutitur homo pro corde ſuo de carcere eiciendo. **V**ig aut ſcire ꝑ nonnunqꝫ eductio de carcere terminetur ad coronam: audi Eccliaſtem. **I**nterdum inquit dicitur quis de carcere ad regnum. **S**ed et cōmuniter martello tribulatōnis fabricatur corona iustis tribulatis: qui em̄ iustos tribulant coronam eis fabricant qđ etiaꝝ quandoqꝫ fit non aperte in faciem persequendo. sed occulte quaſi a tergo per detractionem malleo lingue percutiendo: quemadmodum ob hoc dixisse videtur p̄s. ſupra dorſum meum fabricauerunt peccatores. **D**eniqꝫ ꝑ de⁹ per tribulatōnem iuſtorum maximuꝝ eo rum bonum intendat. videlicz post probationem gloria eoz et honorem ac coronam eternā. patet ꝑ illō de tribulato martire dictum ſolenni voce ecclie. gloria et honore coronati eum domie. **S**ed et jacobus alphei in ſua canonica de temptato per tribulaciones et patienter ſufferente loquens. **B**eatū inquit vir qui ſuffert temptatoꝝ: qm̄ cum p̄bat⁹ fuerit accipiet coronā vite: quaſi dicat viuam coronam accipiet. **E**ſt autem de ei⁹ modi coronatōne exemplum. **N**am miles p̄bus. qn̄ cum triumpho de certamie reuertitur magn⁹ ei honor exhibetur. **S**ic eſt et de illis qui per patientiam in hac vita triūphasse p̄bant⁹ iux illō poetricie. **N**obile vincēdi genus eſt patientia vincit q̄ pati⁹ ſi vis vincere diſce pati. **D**e illis inqꝫ triumphatorib⁹ ſic eſt. ꝑ in celeſti palatō honorifice recipiuꝝ. et ut reges ſolenniter coronant⁹. **Q**uippe tacito de quoꝝ dā aureolis. cuiuslibet militis in militante ecclie bene militatis. **I**n ecclie triūphante rōe premij essentialis qđ aurea dicitur. **V**erificatur illa vox ecclie corona aurea ſuper caput ei⁹ exp̄ſſa ſigno ſextatis.

XXX. CONSIDERATIO.

2

Triicesima puella sic ait. Audi sententiā patris clareuallis mēta de premissis quasi recapitulatis. Hec est inquit via vite. tribulatio presens. via glorie. via ciuitatis habitaculi. via regis. ut illis tribulatio que probationem operatur. dicit ad gloriam res necessaria tribulatō q̄ in gloriā vertitur. tristitia que in gaudiū muta. Gaudium sane longum. quod nemo tollet a vobis. gaudiū multi plex. gaudium plenum. Bonum ergo magis necessitas q̄ voluptas que cum vtraq; res citiū transeat altera penaz habeat. altera sit paritura coronam. res necessaria ista necessitas que coronā parit. Gloria emittit in tribulatione. in ea siquidem spes glorie p̄mō et in ipsa tribulatō gloria continetur sicut spes fructus in semine. In hūc modum regnum dei nunc intra nos est thesaurus ingens in fictili vase in agro vili. Est inq; sed abscondita est latet gloria nobis in tribulatione. Cū ipso sum in tribulatiō ait domin⁹ eccl. aliud iterū q̄ tribulationem queram. mihi adherere deo bonum est. Descendit ut ap̄e sit hijs qui tribulato sunt corde ut nobiscum sit in tribulatione nostra. ex eo vtiq; q̄ in ipsa tribulatione simus nos. Quis em̄ sustineret. quis subsisteret. quis persistet sine eo. bonum mihi domine tribulari. Nammodo ipse sis tecum. q̄ regnare sine te. epula ri sine te. sine te gloriari. bonū mihi i tribulatiō magis amplecti te i camino habere te tecum. q̄ esse sine te vel in celo. Turum probat fornax et viros iustos temptatō tribulatiōnis. Ibi em̄ cum eis domine et ibi in nomine tuo congregatis medi⁹ astas. Quid trepidamus. Quid cunctamur. quid refugim⁹ hunc caminum. leuit ignis h̄z domin⁹ nobiscum est in tribulatione. hec ille dulcis pater.

Capitulum secūdum dñinens consolationes specialiter super tribulatione sub nomine crucis. sive super cruce tribulationis.

AEcundo post premissa ad supradictam dominaz̄ solatricem accessit. et alius tristis propter crucez tribulationis. cui illa pro consolatione mox de suis puellis quatuor assignauit.

I. CONSIDERATIO.

Prima puella sic ait ad prefatum tristem. O si cognouisses et tu quid dulcedinis crux tribulationis contineret de ipsa non doleres sed gauderes. Et tu inq; quemadmodum nonnulli sanctoz̄ crucem tribulationis nouerunt per experientiam et amauerunt. Tu di hystoriam illā in q̄ de Andrea apostolo sic canit ecclesia. Doctor bonus. et amicus dei andreas aspiciens alonge vidit crucez Salutē crux. suscipe discipulum eius qui pepedit in te magister meus cristus. Salutē crux que in corpore christi dedicata es. et ex membris ei⁹ tanq; margaritis ornata. Sequit̄ in hystoria. Vidēs andreas crucem cum gaudio dicebat. quia amator tu⁹ semper fui et desideravi amplecti te. O bona crux recipe me ab hominib⁹ et redde

me magistro meo ut per te me recipiat qui per te me redemit. Rursum sequitur. Cum peruenisset beatus andreas ad locum ubi crux parata erat. Exclamauit et dixit. O bona crux domini diu desiderata. et iam occupiscenti animo preparata securus et gaudens venio ad te. Ita et tu exultans suscipias me discipulum eius qui pendit in te. Et in illa hystoria. Et nonne hec ad magnam consolationem omnium crucem tribulacionis patientium debent esse certe sic. quod em beatissimo andree causa fuit non solum consolacionis sed etiam exultacionis merito debet esse etiam nobis causa saltez consolationis.

H. CONSIDERATIO.

Ecunda puella sic ait. O si circa premissa per sororem meam recitata cognouisses et tu quomodo pro consolatione crucem tribulationis dulcis ille pater clareuallis arbori comparat et quali de tribulatione merito gauderes. Certe inquit crux speciosa est. et crux amari potest. et crux habet exultationem. Ita est fratres mei. Si fuerit qui colligat semper germinat lignum crucis vitam. fructificat iocunditatem. oleum leticie stillat. balsamum sudat karismatum spirituum. Non est silvestris arborum lignum vite est apprehendenter ea arborum fructifera. est arborum salutifera. Alioquin quicunque dominum occuparet terram. illam dico preciosissimam glebam cui clavorum est infixa radicibus. Si non esset hec sanctior cunctis preciosior vniuersis nunquam illo plantaretur in orto nec illam preminentem vineam occuparet. Denique quid mirum si cruci suavitatem dedit qui dedit et igni. Aut quomodo crux videatur insipida. ubi dulce sapit et flammam. Quid enim sapiebat laurentio ignis ille cum irriteret carnifices. iudicem subfannaret. Quid adhuc dicemus fratres. Cur non sapit et nobis quem pro christo est tribulatio. Cur non gustam et nos manna istud absconditum. Sit ergo gaudium in tribulacione. et iam non habet malignum unde illiciat unde deiciat. liberati sumus a laqueo venantium patriter et a verbo aspero. nihil proficit inimicus in eo quem crux christi delectat. Si carnalem delectacionem et filiorum iniquitatis non appetet nocere ei. Si ad exasperandum ei qualibet immittere temptauerit amaritudinem. non curat delicias qui ieunio pascatur. multo minus pro eo murmurare potest in quo et delectatur. plane altissimum posuit refugium suum. quo nec muscipula inimici timenda sit nec sagitta proorsus sublime volat quisquis ille est quem non modo futuron expectat honorum. sed presentium quoque malorum exhibet ipsa delectat ita ut in ea glorietur. hec ille pater.

H. CONSIDERATIO.

Tertia puella sic ait. O homo tribulate. Vis ne premissa verba patris clareuallis ad claram ipsa pro consolatione tua intelligendum declarari. Ecce dicit primo. Crux speciosa est scilicet crux tribulationis. Et nonne bene dicit. est namque speciosa vel ut causa equiuoca. quemadmodum enim sol est calidus. licet non formaliter. ut uniuoca. sed ut causa caloris equiuoca. Ita et crux tribulationis ut ca-

2

equiuoca facit animam speciosam plenitudine specier̄ sanctar̄ eo
luationuz ex quib⁹ nonnunq; prumpitur in exteriora verba amo
rosa: sepius nanq; tribulati verba huiusmodi ingeminat. **O** deus
amantissime. **O** amabilis deus succurre mihi. **L** o amabilis deus li
benter h̄ sufferam amore tui: quia grauiora pertulisti amore mei.
Quid igitur miri q; dict⁹ pater crucem tribulatōnis speciosam di
xit. **N**am ppter dicta et consimilia externa vel interna verba plena
caritatis et dilectionis. que crux tribulationis causat in ipsis tri
bulatis potest ei accommodari quodammodo quod de virgine canitur
Ista est speciosa inter filias hierusalē: sicut vidistis eam plenam ca
ritate et dilectione. **R**ursum crux tribulatōnis speciosa est. ut pote
tibi offerens speciositatem. **H**imiz ipa ut soror mea prefata est aq;
dparatur: quemadmodum igitur aqua hominis in se vel in suis ve
stib⁹ deturpati reformat speciem mundando et dealbando: ita et
tribulatio animam abluit. et virtutum suar̄ habitus candidiores
redit. **E**t nonne pregrandis aquila iohānes in sua apocalip̄i h⁹
declarat: ubi dicit **H**i⁹ qui sunt amicti stolis albis qui sunt et vñ
venerunt et dixit milii scz vn⁹ de senicrib⁹: hi⁹ sunt qui venerunt
ex magna tribulatōne et lauerunt stolas suas. et dealbauerunt eas
in sanguine agni scz habito participio sanguinis xp̄i p amorez cor
dis sui bene digesli ad modum lactis albissimi. **D**icit secūdo di
ct⁹ pater. **C**rus amari p̄ scz tribulatōis. **I**az audisti q; hec crux sp̄cio
sa est. quid igitur miri q; ipa amari potest: quippe speciosa solent es
se amabilia. **N**ec opponas q; amara est. **N**epe et amara potio ppter
dulcem sanitatem amabilis est. **S**ed et tribulationem amaram di
cens. dicere videris mendacium et declarare potius gultum tuum
esse infectum. **I**am em̄ tribulationes videntur esse dulcorate: p hoc
quidem q; in xp̄o fuerunt. et per eum cuius spiritus super mel dul
cis est transiuerunt: quemadmodum et crux iam videtur esse vincta
ex eo q; in cristo fuit qui est vinctus: quapropter et cruces in desec
tione ecclesiarum oleo inunguntur. **H**inc est q; dulcis pater clare
uallis de illo loquens verbo. qui singulis laborez in precepto. **A**n n̄
inquit labor factus iugum suave crux inunctatio: **D**icit tertio
idem pater. **C**rus habet exultationem et quid miri: si hoc dicit et i
tendit decruciatu tribulationis designate per lignum crucis: **N**az
et exultabunt omnia ligna siluaruz a facie domini qz veni: ait ps.
Sed quid: **N**unquic non presentiam suam exhibet domin⁹ tribula
tis: **C**erte exhibet. **A**udi psalmistam. **I**uxta inquit est domin⁹ hi⁹
qui tribulato sunt corde. **I**gitur etiam in tribulatōne nō soluz gau
dere. sed propter eius presentiam viuificam exultare: pot⁹ habes
per gaudium cordis in corpus redundans quemadmodum cytha
redam illum dauid dixisse nouimus. **C**or meum et caro mea exulta
uerunt in deum viuum. **D**icit quarto dict⁹ pater. **S**i fuerit q; col
ligat: semper germinat lignum crucis vitam scilicet vitā gratie.

Nempe si una persona sine tribulatione deseruat vitam gratie: tunc ad vitam bonam rōe tribulatōis cētūmilia dueruntur: quippe s̄m gregori
 anā sententiā mala q̄ nos hic p̄mit ad deum ire opellit: p̄mmo meli
 us dicā nec una persona om̄is exp̄s tribulatōis deseruat vitam gr̄e. vel
 sanctā. v̄l etiā xpianā. **N**imirū sine exceptiōe dicit nobis apostolus paulus. **O**m̄s q̄ pie volūt viuere in xp̄o p̄secutōz patiuntur. **S**ed et ma
 gnus p̄ Augustinus. Nullus inq̄t seruus xp̄i sine tribulatōe est: si putas
 te nō habere p̄secutōs nōdū cepisti esse xpianus. **D**icit q̄nto pater
 antedictus. Eructificat iocūditatē sc̄z lignū crucis seu tribulatōnis
Nōne est ita: certū ē hoc verificari v̄l p̄ futuro tpe. **A**udi ecclesia
 sticū. Vsqz in tp̄ inq̄t sustinet patiēs et postea redditō iocūditatis
Nā etiā dñs in eu. Beati inq̄t qui nūc fletis. q̄r ridebitis: imo d̄cti
 p̄pis dictū verificat̄ ec̄ i p̄nti: tribulatōis nāqz occasiōe multi s̄ue i
 ordine s̄ue manētes i seclō religiosioēs fiūt. **S**ed qd̄ c̄te testatē eccō.
 religiositas custodiet et iustificabit eoz iocūditatē atq̄ gaudiū dat.
Vn̄ et salomō i puerbijs. Secura inq̄t mēs quasi iuge diuiniū. **D**icit sexto idē p̄ balsamū sudat. s. lignū crucis. i. tribulatōis. **S**ed qd̄:
 balsamū. **A**udi eūdez patrē. Grā inquit balsamū purissimū est. Hoc
 aut̄ d̄sequit̄ q̄s cordis ex d̄pūctōe et h̄ multoties tribulatōis occa
 sione: qd̄ quidē balsamū grātie d̄tingit ab int̄ foras p̄dire anxiā
 et q̄i sudorosa d̄fessione. **D**icit septimo p̄ ille de ligno crucis an
 dicto. Nō ē silvestris arbor: nā d̄trariū effectū h̄z. **N**im em̄ q̄si sil
 uestrē et idomītū crux tribulatōis reddit domesticū: nō ē igitur sil
 uestrīs arbor̄ q̄i de numero ignobiliū cū in d̄trariū d̄ ligno crucis
 canat ecclesia sup̄ oia ligna siluanz. **D**icit octauo idē de eodē. Lignū
 vite ē app̄hendētib⁹ eā. Nōne em̄ i agone v̄l p̄iculosa eritu
 dīne d̄stituti p̄ morte p̄petua euadēda et eterna vita d̄sequēda ap
 prehēdere soleat lignū crucis itueri aplexari et osculari. Ita ergo et
 interiorib⁹ brachijs crux tribulatōis eis app̄hendēda amplexāda
 ac deosculanda: q̄r lignum vite est patiētib⁹ tribulatis. Qui habet
 aures audieidi audiat qd̄ sp̄us dicat ecclesijs. **V**incēti sc̄z tribulatō
 onū tēptatōs dabo edere de ligno vite qd̄ est i padiso dei mei. **V**i
 centi inq̄t sc̄z p̄ patiētā: q̄r vt alias inductū ē nobile vicendi gen⁹
 est paciētia. **V**incit q̄ pati⁹. si vis vincere disce pati ait poeta. **D**icit
 nono idē de eodē. Arbor fructifera ē arbor salutifera. q̄re: Pro
 fecto q̄r nos frui facit salute eterna. **H**inc saluator ip̄e ait. Dī me
 us agricola est om̄em palmitē q̄ fert fructū purgabit eū sc̄z p̄ infli
 ctōz tribulatōis. vt pl̄ fructū afferat. **D**icit decimo idē d̄ eodē.
Si n̄ eis hec sanctior̄ cūctis p̄ciosior̄ vniuersis nunq̄ illo. plātare
 tur in orto nec illā p̄minētē vineā occuparet. Cur dicit ita: Reuera
 q̄r om̄e lignū pulcrū visu et ad uescendum suaue in paradiſo māu
 dei d̄sitū tantā creare in hoie sanctitatē n̄ poss̄: sicut lignū crucis
 .i. tribulatōis cruciatie igit̄ plāta⁹ i orto seu vinea ecclie. et certe
 tribulatōs p̄uis cruciatie cū reuerētia recipiēde sūt q̄i deosculāde

2

et amplexande tanque sancte reliquie: cum quibus sanctis sanctus eris. **N**imirum si aqua amara transeundo per terram dulcis efficit² aut vinum per species transiens redditur speciatum. sequitur a si simili que tribulationes per xpu sanctum sanctorum. ac per omnes sanctos alios qui pie volunt vivere in xpo transeuntes sunt habende quasi sancte reliquie. **S**anctitatis autem eoz signa vident² esse mirabilia que operantur: qui enim. xx. annis vel amplius in delicijs suis mortui extitere. ipsi multociens incunctanter resuscitantur. superueniente eis forti tribulatione. **N**ulle in mundo isto reliquie sanare videntur: tot et tantis infirmitatibus laborates quot et quod nisi sanant ipe tribulationes. **D**icit idem pater. xij. suppones crumen tribulatonis habere suavitatem saporis et dulcedinem. **Q**uid mirum si cruci suavitatem dedit qui dedit et igni? **A**ut quomodo crux videatur insipida ubi dulce sapit et flama? **E**cce quod dicit de cruce huius possibilitatem probat per simile. scilicet de flama que compatiebatur irrisiōē carnificum et iudicis subsannationem quando laurentius positus in craticula subiectus prunas insultabat et quod assatus diutius vulnu letissimo ad imperatorem respexit et dixit. ecce miser assasti unam partem versa et manduca. **Q**uapropter dictus pater fratribus suis loquens admirando subiungit. **C**ur nō sapit et nobis que pro xpo est tribulatio: cur non gustamus. et nos manū illud absconditum: **B**ene dicit abscondituz. quia paucissimis cognitum seu a deo paucissimis reuelatum quemadmodum deo patri dicitur in luca. Abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et revealasti ea paruulis. **D**enique. xij. pater sepedictus sic concludit. **S**it ergo gaudium in tribulatione. et iam non habet malignus vñ illiciat unde deiciat scilicet: ut est prius per sororem meam recitatu. **D**icitur communiter que dyabolus fugit crucem. i.e. signum crucis: et vindicatur omnino que et crucem tribulationis quando in ea homo delectatur teste ubi prius sepedicto patre clareuallis. **N**ihil inquit proficiet inimicus in eo quem crux xpi delectat: liberati sumus a laço venantium et a verbo aspero. **D**icit a laqueo renantium scilicet qui vennantur ad illaqueandum nos per carnale delectationez et temptant nos per amaritudinem ad exasperandum nos et ad murmurandum et dicitra hec duo dicit idem pater si carnalem delectationem: et filius iniquitatis non apponet nocere ei: si ad exasperandum ei quā libet temptauerit immittere amaritudinem supple per hoc non proficiet. **V**nde subdit non curat delicias que ieunio pascit: multo minus pro eo murmurare potest i quo et delectatur. **R**ursum temptat nos dyabolus per muscipulam. i.e. per instrumentum capiendo nos rōe alicuius delectabilis cibi. i.e. delectamenti latenter quesiti et per sagittas autoritatum peruerse intellectarum: nouit enim et ipse per huiusmodi sophistice opposita arguere. **S**ed contra hec de illo que in tribulationibus delectatur dicit predictus pater: aliussum

7

posuit refugium suum quo nec māscipula inimici timenda sit. nec sagitta p̄fusus sublime volat quisquis ille est quem nō mō futuro:rum expectatō bonorū. s̄ presentium quoq; malorum exhibitō ipa delectat. ita ut in ea etiam gloriēt². **H**ec ille. sc̄t bñ talis de q° loq tur sublime volat et altissimum ponit refugium suum: quo p̄missa n attingunt. s. in vulnerib⁹ xp̄i crucifixi sublimati iam i celo et exal: tati quo nec inimic⁹. nec instrumenta ei⁹ venire possunt.

III. CONSIDERATIO.

Varta puella sic ait. Recitauit pri⁹ soror mea exhortationem patris clareuallis inter alia sic dicentis. **S**it ergo gaudiū in tribulatōne. Verum qm̄ contra hoc obici posset de xp̄o qui pfecti⁹ omnib⁹ existens in tribulatōe sc̄z sua imminente passione cepit tristis et mest⁹ esse: hinc scias q̄ hui⁹ dispensatōis rationem dicit⁹ pater subiungit dicens. Qui iniciatur a timore crucem xp̄i sustinet patienter qui pficit in spe portat et libenter qui dsummatur in ca: ritate amplectitur iam ardenter. solus iste est qui dicere possit. q̄a amator tuus semp fui et desideravi amplecti te: longe est vox ista ab ea voce. **P**ater si fieri potest transeat a me calix iste. Quid enim. **A**gnosco in duce bellī militis pusillanimis trepidatōnem. Agno: sco infirmantem gallinam cum pullis: d̄sidero caritatem. stupescō dignatōnem. expauesce humilitatem. Misericors dominus nō bea ti andree robustū sibi suscepit affectū: q̄r non est op̄ lānis medic⁹ sed male habentib⁹. Quid magnum fuerat dñe ihu. si accedēte ho ra ppter quā veneras intrepid⁹ stares tanq; qui ptātem habebas. ponendi animā tuam: et nemo tollebat eaz a te. Aut nō gloriſsus fuit quando quidem ppter nos totum agebatur. ut nō solum passio corporis. sed et cordis affectio p nobis faceret: et quos viuificas bat mors tua. nihilomin⁹ et trepidatō robustos. et mesticia letog. et tediūz alacres. et turbatō q̄tos faciat. et desolatio d̄solatos: **L**e go quidem in lazari resuscitatōe: quia infremuit spiritu. turbavit seipsum. **E**st̄ esto interim. quia seipm turbavit non dditionis necel sitate: sed sue beneplacito voluntatis. **N**unc autem aliquid iam ā: pli⁹ audio: vsq; siquidem adeo preualuit ea que fortis est ut mox dilectio: ut rp̄z dei virtutem angel⁹ d̄crauerit. **Q**uis quē: Euāge listam audi. **A**paruit inquit angel⁹ d̄fortans eum. **Q**uem eum pla ne cui nascituro clausus patuit virginis vter⁹. cuias nutu aqua in vinum duersa est. cui⁹ tactu lepra fugata est. sub cui⁹ plantis soli dum stetit mare. ad cui⁹ vocem mortui resurrexerunt. **D**eniqz eum qui portat omnia verbo virtutis sue p quē facta sunt. p̄ quē vniuersa subsistunt. etiam angel⁹ ipse. et quid dicam: quem eum. **A**in⁹ enim mirarer. si non esset penit⁹ indicibilis. **R**ogo te angele quē consolaris. An ignorabas quis esset. ad quem consolandum veme bas: c̄te d̄solator e. c̄te paclit e. **A**lioqñ nō diceret aliū paraclitū

2

a patre mittendum a pestolis si non esset et ipse paraclit⁹. Deniqz agnosco et in hoc ipso paraclitum maximum benignissimum ·quia ꝑpe sit hijs qui tribulato sunt corde. Non despero iaz domine ·eti am si molesta mihi videatur tribulatio quā patior ·etiam si pusilla nimis sum ·etiam si desidero ut trasferatur calix a me ·non despero inqꝫ dummodo addatur ·veruntamen non sicut ego volo ·sed sicut tu. b pater antedictus.

Capitulum tertium continens consolationes super tribulacionem multiplici copia et varietate.

Tercio post premissa ad dominam consolatricem supra dictam accessit et alius tristis super tribulationū m̄l̄ tiplicitate et varietate conquerendo: cui ipsa mox de suis puellis. xj. pro consolatione deputauit.

I. CONSIDERATIO.

Drima puella ad tribulatum sic ait. O homo satis est mirabi: le q̄ tunc homo turbatur qn̄ scit se positum in via et certa via tendente ad terminū ad quē rēdit seu ad quez nititur peruenire cū pot⁹ inde deberet gaudere. Sed quid: Nonne est mentibus hominum veri boni naturaliter inserta cupiditas: ncnne et omnis mortalium cura q̄ multiplicium studiorum labor exerceat. ad vnum tm̄ beatitudinis finem nititur peruenire: certe sic b̄cetiana cōsolatrice testante. Ac nichilominus experientia attestante. Sed que est via et certa via ad hunc terminum: pfecto cum termin⁹ iste sit vt die summū bonum vtiqz regni celoz nomine importatū. cōstat q̄ via ad ipm̄ tribulatōnes sunt p̄sertiz multe: testante scriptura que hoc dicit et dstanter asserit per multas inquit tribulatōes oportet nos intrare in regnum celoz.

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella ad hominem ꝑpter tribulationes cōtristatum sic ait. Cur homo nuncios domini tui non gaudenter recipias: preserim ad magna bona celeriter recipienda te vocantis: Quinā inquieris sunt hijs nunci⁹: pfecto nunci⁹ h̄moi tribulatōnes sunt que hominem ad deum accelerare faciunt. Nimirum p̄ tribulationes deus hominem ad maxima bona vocat et nō vult q̄ ipse in suis si stat̄ Ita sane q̄ quotquot tribulatōnes habes tot recepisti nuncios qui dicunt tibi accelerandum esse. vt dite eccl̄dis tui non snt pue Dicete psalmista. multiplicate sunt infirmitates eorū postea accele rauerunt. Scriptuz quoqz est in exodo. q̄ egipci cogebant filios israhel exire de terra. Sed quid hoc: euera hoc significat q̄ tribulatōnes que per egipcios designantur corda virozum. preserim deum videntium seu pre oculis habentium per filios israhel signatorum cogunt recedere de hoc mundo tribulatōibus tenebroso

hoc autem modo a re aliqua cor recedit quo amorem suum ab ea subtrahit quod in proposito facile fit: quippe amor de facili a loco subtrahitur in quo non nisi supplicium inuenitur.

III. CONSIDERATIO.

Tercia puella ad hominem multas tribulaciones abhorrentes sic ait. Cur abhores tribulationes que orationes tuas reddunt exaudibiles atqz gratiores? Hinc namqz per ps. dicitur. Ad dñm cum tribularer clamaui et exaudiuit me. Sed et sicut a deo pluriū clamor magis exaudit: quippe s̄m collectam ecclesie. Id quod petitur multiplicatis intercessoribz largiri separatur. Ita etiam par modo si vn⁹ homo multa ora haberet. vel si omnia membra ei⁹ ora essent ac simul clamarent exauditionem apud deum facilius obtinerent. Sz quid: Profecto quelibz tribulatio est quasi os clamans in necessitatibus articulo: vnde et doctor quidam dicit de lazaro q̄ tot habuit ora clamantia quot habuit vulnera.

III. CONSIDERATIO.

Varta puella sic ait. Nonne scis q̄ tribulationes aquis cōpabantur in scriptura: Scio inquires. Aduertas igitur q̄ sicut aq̄ amara dulces nutrit pisces piter et maiores puta cethe grādia lalia dissimilia que non nisi in mari solent inueniri. dum in alijs aquis nutriantur pisciculi. Sic est etiaz q̄ in tribulationibz magnis et amaris nutriuntur homines magne virtutis. Bursum aduertas q̄ sicut aqua dum crescit nauem eleuat. Vnde in libro geniseos dicitur multiplicate sunt aque et eleuauerunt archam in sublime a terra. Ita et tribulatōnes presertim multiplicate electos dei proficere faciunt et a terrenis eleuant et exaltant quemadmodum econtrario in libro job de quibusdam per tribulationes nondum disciplinatis dicitur: cor eoru; longe est a disciplina. ppterera non exaltabuntur. Quippe nomen discipline plures tribulationum ict⁹ significat satis apte. Adhuc autem aduertere poteris q̄ tribulationes p̄cipue multe et magne ad modum aque copiose nate sunt bene mundare et dealbare. Que forte inquires vel qualia: Certe virtutum habit⁹ seu indumenta in quibus sancti tanq̄ in stolis albis comparebunt coram rege glorie. Audi itidem questionem pariter et responsioēz per dgnatam meam prius ex apocalipsi recitataz hi⁹ qui sunt amicti stolis albis qui sunt et vnde venerunt: Dicitur ibi et respondeatur Hi⁹ sunt qui venerunt ex magna tribulatione et lauerunt stolas suas et dealbauerunt eas in sanguine agni scz ad modum lactis qd sanguis est digestus candido facto per digestionem amoris dñi.

V. CONSIDERATIO.

Vinta puella sic ait. Scias homo q̄ multe tribulationes valent ad purgandum hominem a sanguinibz peccatorum. de qbus ps. petit liberari dicens. Libera me de sanguinibus. Nimirum in multis tribulationuz ictibus consistit purgatio de peccatorum

2

Sanguinib⁹ quemadmodum de corruptis corporalium membrorū sanguinib⁹ fit purgatio scarificando mediāte vētosa cui purgatiō plures ict⁹ diuinatē tribulatōis apte dparat⁹. Hanc sicut ict⁹ qui cum flebotimo scarificando fiunt in corpe facile sustinen⁹ qn ex appositione ventose in qua stuppa posita est. et igne accensa caro prius inflamatur: ita et ict⁹ plures diuinatē tribulatōis sustinetur ab illo facile cui⁹ cor prius inflamat⁹ est diuini amoris igne. Hinc est p dñs volēs suos discipulos tribulationū ict⁹ pmp̄te et facile sustinere eos inflāmat⁹ qn spiritum sanctū eis i specie ignis misit. Dnde et accidit q petr⁹ apostol⁹ post receptionem illam spiritus sancti bene sustinuit ict⁹ tribulationum usq; ad mortem crucis; qui ante ignez illū sustinere non potuit vñ puncturā mulieris sibi q cū ihu nazareno fuerit imponetis.

VI. CONSIDERA.

Sexta puella sic ait. Nonne vñ audiūisti quomō pater noster abraham per multas tribulatōis amic⁹ dei est effect⁹: sic psaac sic iacob. sic mōses et oīs qui placyerunt deo p multas tribulations transierūt fideles. Quid ergo. Profecto vel et tu p multas tribulations transibis vel deo nō placebis. Nequaq; igitur velis vel psumas esse singularis. Nequaq; tribulatōis omnes alijs et tātis viris aliquaten⁹ verearais. Sūt nempe tribulatōis h̄moi optimū signū pdestinatōis. De⁹ em fidelib⁹ suis s̄ multipliciter tribulatis aliqd meli⁹ resuauit. Nota itidē gloria ei qd dicit jacob⁹ oīe gaudiū r̄c. anotata et p̄tm sup̄ tanq; notabilē recitatā. Ne inqt indignem⁹. si malī in mūdo florent. si vos patimi. qz n̄ est xpiane dignitas in tpalib⁹ exaltari. s̄z poti⁹ dep̄mi. malī nihil h̄nt i celo. vos nihil i mūdo: s̄z spe illi⁹ bōi ad qd reditis qdqd i via stingat gaudere debetis nihil ē vñ doleatis. vñ dubitetis. h̄ ibi.

VII. CON-

Septima puella sic ait. Nonne meli⁹ est habere materiazhabun materialis gaudi⁹ p gaudi⁹ diminuti. Certe sic. Sz quid. Profecto abundantia gaudi⁹ ipoz fuit. Ut dicit et ordinari⁹ appat⁹. Nō inquit solum pati voluerunt. sed expti sunt et inde gauisi sunt. Dicit etiā litera nō gaudi⁹. s̄z abundantia gaudi⁹ ut gaudi⁹ expimento tribulationis et abundantia gaudi⁹ abundantie tribulacionis sciatur respondere. Concordat aut p̄fenti desideratōi. et illō verbū apostoli ad thessalonicenses. Vos inquit imitatores nostri facti esus ei domini excipiētes verbū i tribulatōe multa cū gaudio spūls sancti gloso. qd. s. i vobis fecit spūls sanct⁹.

VIII. CONSIDER.

Octava puella sic ait. Nescis fr̄ k̄ime q vestis ppter guitate n̄ p̄cīt⁹: s̄z carius porta⁹. qn̄ p̄cīsis lapidib⁹ onusta reddi⁹. Quid ḡo: cte a fili⁹ seq̄t⁹ q̄ hit⁹ patie nobiliter hoiez vestiēs ppter tribulatōe portat m̄ltitudinez n̄ ē ūcusand⁹: s̄z eo libēti⁹ gestād⁹. Nimirū qnto ples sūt tribulatōis: tāto plib⁹ dcā vestis ornat⁹ margariti⁹

Quippe ad modum margaritarꝝ valent ad confortacionem cordis quemadmodum de ipsis tribulationibus per dicta sororis mee supera potest evidentius apparere. Sed et constat q̄ tanto magis miles cordatus efficitur atq; iudicatur quanto plurimum tribulatum impugnationibꝫ vexatus superari non videtur.

IX. CONSIDERATIO.

Dona puella sic ait. Nonne frater si arcam haberes ipsam aureis denariis seu florenis repleri patienter tolerares? Procto sic. Sed et si quilibet ictus tribulationum esset florenus in arca tuam reponendꝫ et ibi ad utilitatem tuam seruandus? credendum est q̄ ad recipiendum ictus tribulationum multum patiens redde reris. malleſq; recipere mille tales ictus q̄ centum: et centum plꝫ q̄ vnum. Sed quid? Profecto penes ictus tribulationum quedam attendenda est moneta in arca cordis tui patienter recipienda ad magnum bonum tuum seu pfectum: que siquidem moneta incomparabiliter melior est q̄ moneta florenorꝫ. Docet nimirum attendi eius nobilitas penes incudem super quem cuditur. penes numisma. seu penes eiꝫ ymaginem cui dfiguratur. et penes illius excellentiam qđ cum ea comparatur. Vis scire de incude: certe h̄ moneta cuditur super personā patientis iuxta illud ps. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores? que persona sepe est nobilissima: et inter illos computanda quibꝫ dignus non erat mundꝫ. Et et quandoq; est angelis comparanda presertim si sit virgo. Quippe s̄m sanctos in carne viuere sine carne. vita est angelica. nō humana: quemadmodum et homines in statu glorie non nubent neq; nubentur. sed sunt sicut angeli dei quibꝫ angelis etiam in corporibus hic assumptis non duenit generare. sed viuere sine corpore. Vis rursus scire cuiꝫ sit ymago monete huiꝫ et superscriptio: certe christi presertim quando quis hos tribulationum ictus patitur propter xp̄m q̄ est ymago patris et figura substātia eiꝫ: hec quidē ymago si presit in corde patientis moneta que super ipsum cuditur seu fabricatur eidem ymagini dfiguratur. Vnde percussions tribulationum h̄moi redundunt quasi nobiles floreni cum agno vel cum rege sedente in trono cū virga ceptri. Quippe xp̄us agnus est sine macula: et est rex regum sedens in solio regni sui. Dixerō si vis sci: re q̄ sit acceptabilis hec moneta aut quantuꝫ valet: Ecce valet pculdubio super aurum obrisum. Nempe quod cum toto mundo comparari non potest hoc cum ea potest comparari sc̄ regnum celorum: et si hec moneta non sit forsitan acceptabilis in hoc mundo: est tñ acceptabilis in celorum regno in foro illo magno nundinaruꝫ pa: radisi.

X. CONSIDERATIO.

Decima puella sic ait. O homo multum tribulate nosse debes quod qui non impugnat² is non certat nec repugnat. Qui vero non certat. non vincit sicut econtra de iusto dicit sapiens. certamen forte dedit illi ut vinceret. Vnde et egregius pater gregorius inimicus inquit humani generis fraudem quam callide contra sanctum job pauperat pertulit quod sancto viro quot occasiones intulit quasi tot causas victorie ministrauit. Denique qui non vincit non coronatur. Ita sequitur illud pauli. Non coronabit nisi qui legitime certauerit. Et nonne sequitur proportionaliter ex his dictis quod quanto quis plures impugnatur tanto ceteris paribus plures poterit esse victor? et quanto plures est victor. tanto magis meretur coronari vel pluribus coronis vel una tanto excellentiore. Vis scire quo pacto? Ecce corona victoris si una sit pluribus tribulacionibus correspondens per ipsas tribulationes augmentatur. Audi tenorem textus illius ut darem coronam pro cinere. oleum gaudijs per luctu. Audi quoque et non tam scilicet ipsius glose super eadem verba notate. tribulatio inquit in presenti auget coronam in futuro. Quo nam inquires modo? Perfecto quemadmodum dei secretarius iohannes euangelista virgas et lapides communes in aurum legitur conuertisse et in lapides preciosos ita et lapides dure tribulacionis et virge correctionis mutantur quodammodo scilicet equiualeenter seu potius eminenter in aurum et preciosos lapides coronam nobis promissam augmentantes ita sane ut cum quilibet non fatu coronam auream accepturus libenterius magnam reciperet quam parvam. ipsis electis in celo coronam multiplicis tribulacionis impugnat non sit formidanda: eo quod hac occasione corona eis repromissa per predictam tribulationum in aurum et gemmas conuersionem est augmentanda: quemadmodum dicit econtra pater ille dulcissimus clareuallis. Si penitentia nostra crudeli miseracione minuitur paulatim gemmis corona nostra priuatur. Immo potius quilibet virgas et lapides antedictos tam veros quam metaphoricos plures numero magis quam paucos amaret si eos in auxilium et lapides preciosos seu gemmas formaliter esse conuertendos indubitanter crederet: quos merito adhuc magis amaret si eos in predicta eminenter esse conuertendos minime dubitarer. Diminutio itaque tribulacionis prouersus stulte desiderat ex quo sum premissa ipsis tribulacionis sustinentia caritate informata potius est ad quod celeste premium nobis traditur. Audi ad hoc apostolum. Id inquit quod in presenti est momentaneum et leue tribulacionis nostre supra modum in sublimitate eternum glorie pondus operatus in nobis.

XI. CONSIDERATIO.

Decima puella ad huius varijs modis tribulatum sic ait. Nonne audisti in epistola jacobi scriptum esse? omne gaudium existimare cum in varias temptationes icideritis? Si igit per multas et varias temptationes tribularis ita ut non solus infirmitatem habui. sed et famam. sed et alia mala

varia et diuersa patiaris: gaudere debes in immensum existimando
quod habeas vel sibi equivalentiam. vel supeminentiam omne genus
mundanorum gaudiorum. Namirum sicut prius per sororem meam didi-
cisti quod tribulatio in presenti auget coronam in futuro. Ita ad gaudijs
tui augmentum existima. quod varietas tribulationum varium seu di-
uersum future corone tue: vel sibi equivalentiam adicit ornatum.
Sicut ergo in corona materiali non esset bonum carere unum genere
gemmarum corone convenientium: Ita etiam cum pueru potentie su-
stinenti. que in ipsis tribulacionibus fidelis deus facit. melius est unum
carere genere tribulationum.

Capitulum quartum continens consolaciones super guerris paci-
ficatione contrariis.

Quarto post premissa ad supradictam dominam consola-
tricem accessit. et alius tristis consolationem requirens
super se turbantibus guerris. cui illa pro consolatione
de suis pueris duas deputauit.

I. CONSIDERATIO.

Prima pulla sic ait. aut turbaris de guerris ex eo quod vergunt in
malum tuorum personale: aut ex eo quod vergunt etiam in malum ali-
orum. Si ex eo prescise quod vergunt in malum tuum personale plene po-
teris consolari in hoc opere diuersis in capitulis predicta mea consola-
tione pariter et dicenda. Si vero ex eo turbaris quod vergunt guerre
in malum aliorum eam super hoc consolatione recipias quam circa finem
totius huius libri poteris reperire ubi ponentur consolaciones hominis
dopassuum propter passiones aliorum expectando cruciatum.

II. CONSIDERATIO.

Seunda puerilla sic ait. Nescis quod militaria est vita hominis super
terram. Militanti autem valet exercitium. quod in guerris vel
foris secus magis quod paucis tempore est patum. quippe pacis tem-
pore torquent homines inertiam atque ab intra piculosque impugnan-
tur. tunc enim inimici hominis domestici eius. tunc temptat luxuria
tunc inuidia. tunc auaricia. tunc et alia vita plura numero quod in guer-
ris quibus pacis tempore inseruitur.

Capitulum quintum continens consolaciones super bello seu afflictu et
universaliter super impugnationem in communione.

Quarto post premissa accessit ad dominam supradictam
etiam alius tristis de bellis seu afflictibus imminentibus totus
perturbatus desiderans consolari cui illa mercede pro
consolatione de suis pueris septem deputauit.

I. CONSIDERATIO.

Prima puerilla sic ait. O miles Christi nescis quod maius bonum est bo-
num pacis quod malum sit malum belli imminentis. patet hoc ex

eo ꝑ cuncti optant pacē eē. **I**z non optant cuncti bellum non esse. **V**is nosce ꝑ cuncti optant pacem esse! liberum hester legit. et cla
re inuenies de cunctis mortalibꝫ hoc supponi. **A**uditio quoqꝫ ma
gnum patrem augustinum. **T**ale inquit bonum est bonuz pacis ut
in rebꝫ creatis nihil gratiosis solet audiri. nil delectabiliꝫ cōcu
pisci et nihil vilius possideri. **A**udi rursum patrem eundem. justi
cia et pax osculate sunt. **N**emo inquit est qui non vult paceꝫ. inter
roga omnes homines. **V**is pacem? **V**no ore respondet tibi genus
humanū opto cupio amo. **V**is autem econtra ꝑ non omnes optat
bellum non esse. **A**udi illum vegetum doctorem militum. **M**ilita
ris inquit alacritas saltus et cursus ante temptandus est ꝑ corpꝫ
estate pinguescat. **V**elocitas em̄ est que percepto exercitio strennu
um efficit bellatorē. **N**ā taliter istructo pugnare aduersus quos li
bet hostes in acie formido non erit sed voluptas. **B** ille. **N**ec soluz
tales de quibus loquitur nō optant bellum non esse scz quibus pu
gnare est voluptas. sed etiam plurimi alij et sancti viri optant mul
totiens bellum esse vt pax inde sequatur. **A**udi magnum patrē **A**u
gustinum. **N**on inquit queritur pax vt bellum exerceatur. **S**ed bellū
geritur vt pax acquirat. **B** ille pater. **I**n omni igitur casu quo pax
sme bello non potest haberi. cuiusmodi sunt infiniti necesse est vt
omnes qui hoc scientes optant pacem esse non velint bellum non
esse. **S**ed magis eligant ipsum esse nec tunc per consequens doleant
ipsum esse.

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. **V**t quid homo velles bellum non esse.
Dices forte timeo malum exitum. **S**ed hic timor van⁹ est solo
hoc puto ꝑ causa sit bona. **A**udi patrē clareuallis. **S**i inquit bo
na fuerit causa pugnantis exitus malus esse nō potest. **S**icut nec bo
nus iudicabitur finis rbi causa non bona. **S**ed intentio non recta
precedit. **R**ursum forte dices. ideo bellum seu conflictum horreo
qꝫ ledi aut mihi noceri timeo. **S**ed et hic timor van⁹ est. **H**oc pro
viso ꝑ a teip̄o non ledaris. **A**udi iohannem os aureum. **E**t si inquit
omnes qui mare et terram habitant dueniant ad ledendum. noce
re nequaꝫ poterunt ei qui a semetip̄o non leditur. **B** ille. **V**nde et
egregium verbum dicit greg. quadaz in collecta que est talis. **T**u
ere domine populum tuum et ab omnibꝫ peccatis clementer emū
da: quia nulla ei nocebit aduersitas si nulla dominetur iniquitas.
Sed et petr⁹ in sua canonica. quis est inquit qui vobis nocebit si
boni emulatores fueritis: **C**orro si ppter iniquitatem et iniusti
ciam tuam te dolor ppter bellum ad hoc manet. nihil opere preci
um est nisi vt continuo mutes animum et d̄ emulo efficaris bon⁹
emulator ac nichilominus si vita conceditur ad illam consolatio
nem recurras que super iniquitate .vel iniustitia inferius possibi
lis inuenitur.

III. CONSIDERATIO.

Tercia puella sic ait. quis nos assecurabit. p non impugnemur ab infidelibus quos et vel quandoqz bello lacestimus. **I**gitur brevia inter se cristianorum bella videntur satis necessaria. **C**ur autem hoc? **A**udi cassz. et non incassum. **T**rs inquit bellandi si nō preluditur. cum fuerit necessaria non habetur animo. subito ad arma non erigunt. nisi qui se ad ipa ydoneos promissa exercitatōne disponunt primordia cuncta pauida sunt. et aliter timiditas non tollitur nisi cum rebus necessarijs nouitas abrogatur. **A**udi rursum eundem. terribilis est inquit hominib⁹ cōflict⁹ si non sit assidu⁹. **N**ā quod in iuuentute non discitur in matura etate nescitur. **H**ille. vñ ad sensum dtrarium loquens veget⁹ ille prefat⁹. scientia inquit rei bellicē dimicandi nutrit audaciā: nemo em facere metuit qđ se bene didicisse dedit. hec ille. **V**erū si de bello tanq; inermis. et hui⁹ operis inexpertus aut qz debilis virib⁹ ppter ppterium periculum doles ex alijs dictis et dicendis cōsolationem queras et specialiter sup morte imminentē.

III. CONSIDERATIO.

Ivarta puella sic ait. **C**ur frater bellum pati refugis? cui si tu iuste repugnaueris non solum expticz. sed fortior eris. **F**ortitudine saltem animi et forte etiā corporis natura: vires ministrante membris lacestis. **B**ed nec deo ppter bellum in quo iuste repugnaueris aliquaten⁹ displicebis. **V**is scire p eris fortiora. **A**udi strenuū paulū de sanctis loquentē: fortes inqt facti sunt in bello glo. i. in prelio vt iudas machabeus josue et alij. castra verterūt exterorū glo. i. inimicos sepe verterūt in fugam. **S**z et fortificatur quis ex fortioris assistentia. hs aut de quo dicit scriptura. **S**i fortitudo. quare robustissim⁹ est scz dñs fortis et potens. domin⁹ potes in prelio. assistit iuste prelianti. **N**onne hoc insinuat ap̄l̄a jeremias. **D**omin⁹ inquit meuz est quasi bellator fortis. idcirco qui psequuntur me cadent et dfundentur vehementer. **B**ed et sanct⁹ daniel dixisse reperitur. **D**omin⁹ pector meus a quo trepidabo: si exurgat aduersum me prelium in hoc ego sperabo glo. si dflict⁹ psequentium me exurgat. i. subito v̄l in immensum crescat ego cui de⁹ pte ctoz est in hoc prelio sperabo in domino. **V**is vltori⁹ scire p do ppter bellum si iustum fuerit ac iuste in eo pugnaueris ne quaq; displicebis. **A**ttende illō psalmiste de deo loquetis. docet inquit manus meas ad prelium. et digitos meos ad bellum: qđ utiqz non faceret. si ei iustum belluz aut iuste pugnat⁹ act⁹ displiceret. **A**udi igitur magnū patrem augustinum. **N**oli inquit existimare neminez deo placere posse qui armis bellicis ministrat. **I**n hjs erat sanct⁹ daniel cui domin⁹ magnum testimonium perhibuit.

V.CONSIDERATIO.

Quinta puella ad sapientum specialiter impugnationem atten-
dens sic ait. Nonne vel quandoqz legisti. aut audiisti quali-
ter boetiana consolatrix sic ipsum illustrem virum boetiu[m] d[omi]n[u]m
Hunc inquit primum censes apud improbos mores lacessitā picul
esse sapientiam. Nonne apud veteres ante nostri platonis etatem
magnum sepe certamen cū stulticie temeritate certauim⁹. eoqz super
stite p[re]ceptor socrates iniuste victoriā me astate mortis p[ro]meruit.
Hec illa. Et ecce dicit p[ro]meruit victoriā sequit⁹. Q[ui] si nec anaxago
re fugam nec socratis venenum nec zenonis tormenta q[ui]m p[er]grina
nouissi at cauios. at soranos. at senatas quoqz nec p[er]tuta. nec i
celebris memoria est scire potuisti: quos nihil aliud detraxit i claz
dē nisi q[ui] nostris morib⁹ instructi studijs imprecborum dissimilimi
videbatur. Itaqz nichil est q[ui] ammirere si in hoc vite solo circūflā
tib⁹ agitemur p[er]cellis quib⁹ hoc maxime p[ro]posituz est p[er]missis di
splicere quoqz quidē et si est numerosus exercit⁹ qui q[ui]nqz d[omi]na nos
aciem struens valentior incubuerit desup irridem⁹ securi tot⁹ fu
riosi tumult⁹: eo q[ui] vallo inimici q[ui] grassanti stulticie aspirare. fas
non sit. **H**ec illa nobilis d[omi]natrix.

VI.CONSIDERATIO.

Aesta puella sic ait. Nonne vir impugnat⁹ h[ab]ilariter se p[ic]ulo
deberet exponere sub spe triumphi seu victorie? d[omi]n[u]s d[omi]n[u]s ideraret
in suo certamie magnū ituētib⁹ solaciū d[omi]n[u]s distere sibiqz bonū certām
certāti p[er]cōluz p[er]iter et g[ra]tialuz iocale reprobmissuz esse m[al]ta cū laude
glia et honore: certe sic. Ha et bō miles seclī fortis i hasiludij⁹
atqz torneamētis ipugnatōes sustinet. vt possit attēdētib⁹ solatiuz
facere: p[er] quorum quidem solatō et signanter persone dilecte in si
gnū amoris sui periculose multociens. et tamen h[ab]ilariter se expo
nit: maxime aut si se sperat posse reportare honorem sup alios et io
cale qd p[er]mittit⁹ meliori. S[ed] quid: Profecto non posset estimari p[er]
magnum gaudiū habet de⁹. omesqz angeli necnon et omes amici
dei p[er]serim nunc beati scientes p[er]bitatem hominis impugnatōes
pacienter sustinentis. Sed nec ulli cristi militi impugnatōes bene
patienti negatur iocale preciosum atqz gloriosum: tali em cuilibz
datur corona vltra humānā estimatōez preciosa. Vnde et de quoli
bet martiriū paciente cantari solet corona aurea sup caput eius: et
sic simul oms viri ecclesiastici preserim cantores sunt quasi nūci⁹
talis martiris p[er]conium eius laudem et honorem magnificantes
et extolentes.

VII.CONSIDERATIO.

Eptima puella sic ait. Nonne merito ipugnatōes cū gaudio su
stinerē deberes? q[ui]s sustinēdo deo sp eo dilectior et acceptior
q[ui] et approbatior essem: certe sic. Nēpe ad dei dilectioz p[er] habitā
mereri tibi q[ui]ntūcūqz mīmū dilectōis ei⁹ gradū v[er]teriore l quātuz

ad effectus supaddi: hoc incōpabile est omni bono temporali. **S**z quid: certe si ppter deuz impugnationes viriliter sustineres deo il las sustinēdo semp eo dilector et acceptior quo et approbatioz es- ses. Mirū hui⁹ rei exemplum ex hijs que gerunt⁹ in mundo non nunq̄ inuenitur. Evertur nanqz fuisse domin⁹ quidam qui qñqz illū quem in servitorem recepisset ad pbandum eum de nocte mitteret alicubi et post in via personaliter occurreret ei ipm̄qz inuaderet a criter pugnando cum eo. Accidit autem semel q sic pugnando ip̄e domin⁹ ab uno tali famulo fere occisus fuerat quem quia bene se habuit semper postea multum dilexit.

Capitulum sextum dīnens solationes sup oppressionē et psecu-
tione ecclesie in communi.

Sexto post premissa ad dominā solatricem sepedictā accessit et alius tristis scz quidā zelator ecclesie ex ipi us ecclesie oppressionē perturbatus cui mox illa p sua cōsolatione de suis puellis duas adiunxit q̄qz ipm ad pacez ponerent eis iniunxit.

I. CONSIDERATIO.

Prima puella sic ait. Nonne tribulatis p cōsolatōne debet suf-
ficere. hoc idoneo scire testimonio p in tribulatōnibus non d-
tingat deficere. Si itaqz quis zelator ecclesie sacrosancte eidem vi-
deat quascunqz tribulatōnes imminere p cōsolatōne recurrat ad
testem ydoneum. et proslig fidedignum greg. loquor ecclesiastici
gregis pastorez egregium. cui⁹ scripturar veritati ip̄e spiritus san-
ct⁹ phibuit testimonium. Hic nanqz librum sancti job. illo in passu
qui facit arcturum et cetera ad mysticum sensum exponēs. Quid in
quit arcturi nomine qui in celi arem disting⁹. vij. stellarz radijs ful-
get: nisi ecclesia vniuersalis exprimit⁹. Arctur⁹ inquit semp versat⁹.
et nunq̄ mergit⁹. sic ecclesia psecutiones tolerat. sed sine defe-
ctu perdurat. b ille.

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. Nescis q̄ oīz domin⁹ ait petro cum ce-
pisset mergi modice fidei q̄re dubitasti. Hoc aut et tibi dici p̄t
si oppressionem sancte ecclesie ptimescis. Nempe ip̄a ecclesie opp̄
sio ad multiplicatōnem bonor̄ fidelium iuuat. In cui⁹ figura de
israheliticis dicit⁹ in exodo: quanto oppimebant eos supple egip̄tij. tanto magis multiplicabant⁹ et crescebant. **S**z quid: certe si
de populo israhelitico dictum est q̄ erat popul⁹ dñi. Nonne et fide-
les ecclesie sunt popul⁹ ei⁹. et oues pascue ei⁹: qui in primitiā ec-
clesia abundabat numero quotidie: et nunquid nō ita adhuc: O-
fecto ita. Audi magnū patrem Aug. Adhuc inquit habet ecclesia
q̄ crescat. donec illō impleat⁹: dñabitur a mari usqz ad mare. Audi
quoqz hylarum zelatores ecclesie plurimum in hac materia exhib-
larantem. Hoc inquit ecclesie p̄prium est ut tūc vincat cū leditur.

tunc intelligat cum arguit². tūc obtineat cū deseritur. Audi eundē rursum. Hoc inquit habet p̄prium. ecclesia dum p̄sequit² floret/ dū opprimit² crescit. dum detinunt² pficit. dum leditur vincit. dum arguit² intelligit et tunc stat cū superari vider². hec ille.

Capitulum septimum dñinens d̄solatioes sup p̄secutionib⁹ pro prijs illatis vel inferendis ab emulis seu aduersarijs.



Eptimo post premissa ad dñam d̄solatricem p̄memoratam. accessit et alijs tristis querens cōsolari super p̄secutōnibus p̄prijs. cui illa mox de suis puellis qua tuor assignauit pro impendendis sibi consolatōnibus oportunis.

I. CONSIDERATIO.

Drīma puella sic ait. O homo qui p̄secutionib⁹ grauaris! Tu di doctrinam gregorij doctoris egregij. Facta inquit precedentiū patrum d̄siderem⁹ et non erunt grauia que toleram⁹. Igit² hanc sequentes doctrinam ad d̄solationem in p̄secutionibus recurram⁹ ad precedentium facta patrum. et primo omniū ad ipius xp̄i exemplum. Hoc em̄ admonet paulus apostolus. Recogitate inquit eum qui tales sustinuit a peccatorib⁹ aduersus semetipm cōtradictionem ut nō fatigemini animis vestris deficiente. Recurramus deinde ad patres voluntarie patientes ppter cr̄stum. Dices forte Sunt ne tales multi? Sūt vtqz. Audi illustrem jeronimum. quis inquit sanctorū patiētia coronat⁹ non est a cunabilis ecclesie. Et sine exceptōne dicit apostol. Omnes qui pie vivere volunt in xp̄o persecutōnem patiuntur. Nec nouis tm̄ exemplis insistendū admet nos etiam jacob⁹ alpheti in sua canonica. exemplum inquit accipite fratres exit⁹ mali et longanimitatis laboris. et patiētie p̄petuarum qui locuti sunt in nomine domini. ecce beatificam⁹ eos qui sustinuerūt. sufferentiā job audistis. Hille. Sed et p̄clarum exemplum tolerantie p̄secutionis et nihilomin⁹ erga p̄sequentem eximie mansuetudinis. et humilitatis possum⁹ attendere i rege dauid. Vti em̄ regum testatur liber post multas alias p̄secutōes. saul assumptis tribusmilib⁹ electorū viroꝝ ex omni israhel prexit ad inuestigandum dauid et viros eius. etiam sup abruptissimas petras que solis habibitib⁹ p̄uie sunt. qui saul veniens ad caulas ouium et ibi speluncā ad purgandum ventrem ingrassus. licet p̄ hoc in mā dauid ibidem cum viris suis in interiori parte spelunce latitantis incidisset. tam̄ dauid manū mittere in euz noluit. sed tm̄ oram clāmidis eius silenter p̄scidit. Egresso autem saul de spelūca egressus est et dauid. et post tergum saul clamauit dicens. Dñe mi rex et respiciente saul post se inclinavit se dauid. p̄nus in terram et adorauit dixitqz. Ecce hodie viderunt oculi tui p̄ tradiderit te dominus in manu mea in spelunca. sed pepercit tibi oculū meus. Dixi enim

non extendam manum meam in dominum meum. quia xp̄s domini
est. quin poti⁹ pater mi⁹ vide et cognosce oram clamidis tue in ma-
nu mea. quoniam cum p̄sciderem summitatē clamidis tue. nolui
extendere manum meam in te. Vide quoniam non est in manu mea
malum neq; iniquitas nec peccavi in te. tu autem insidiaris anime
mee. ut auferas eam. quem persequeris rex israhel quem persegue-
ris. canem mortuum sequeris et pulicem viuum. sic dominus et iu-
dicet inter me et te. cum autem d̄plesset d̄avid loquens sermones
huiuscmodi. Dicit saul fili mi⁹. iustior tu es q̄ ego. dominus red-
dat tibi vicissitudinem hanc p eo qd̄ hodie operatus es in me.

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. O amice hoc posset hominem in perse-
cutionib⁹ quas ppter deum et regnum celorum patitur meri-
to consolari q̄ videt innumerabiles multo maiora pati ac etiam p-
ter minus de quo tam minori est dubium an ipsi vnq̄ illud conse-
quantur. Eoste dices qui sunt illi? Profecto ex hijs sunt mercato-
res qui extra terram remoti⁹ per malas vias per montes valles ac
vastas solitudines. per mare magnuz et spacioz. et procellas ei⁹
tempestuoso tempore per predones latrones et piratas in pericu-
lis corporum atq; rerum sustinentes persepe defect⁹ cibi et potus
quos nunc frigus. nunc estus grauat⁹. nunc pluia grando et tem-
pestas carentes quiete. pressi sollicitudine qui negligunt somnum
negligunt dmodum. propter lucrum modicum et incertum. Hunc
ex hijs et milites q̄ plura ex premissis similiter patientes et in offi-
cibus. in gueris. in hastiludijs et torneamentis exponentes rea-
et honores corpus et animam vel ppter stipendium. vel ppter solū
honorem modicum breui pariodo duraturum. Hic vero qui volum
tarie persecutioes patiuntur ppter deum min⁹ sepe et leuius pa-
tiuntur. et ppter bonum multo magis certitudinaliter consequen-
dum. Audi ipsius verbum saluatoris. beati inquit estis cum male-
dixerint vobis homines et persecuti vos fuerint ppter me gaude-
te et exultate. ecce em⁹ merces vestra copiosa est in celis. Ecce inqt
quod notat manifestam veritatem. et subiungit merces vestra est
ponens presens pro futuro ad significandam certitudinem et con-
cludit copiosa est in celis pluraliter propter mercedis magnitudi-
nem. ac etiam multitudinem. quippe nec oculus vidit. nec auris
audiuit. nec in cor hominis ascendit. que deus amore sui patienti-
bus preparauit.

III. CONSIDERATIO

Tertia puella sic ait. Si nouisses homo quid honoris.
quid valoris afferret pati propter deum persecutioes
ipsas pati velles. pau affectares si tu non desiperes.

Nimirum ipsas propter iusticiam patientes ab ipso domino beati predicti
cantur. Beati inquit qui persecutionem patiuntur propter iusticiam
quoniam ipsorum est regnum celorum. Magna prefus distit colo-
latio in beatitudine nedum vera sed etiam metaphorice predicata. Siq-
dem omnes transferentes sibi aliquam similitudinem transferunt
sed nec vere beatitudinis similitudo propter aliqd modicuz esse. sed nec
dominus predicans parva solet magnificare ad magnum itaqz ho-
nore persecutiones patientium predicauit dominus ipsos beatos es-
se. Ad magnum quoqz valorem designandum curauit subiungere
qm ipsoz est regnum celorum. Nimirum nihil maius propter esse qd regnum
celorum in quo veraciter includitur de ipse quo sibi Anselmum ma-
ius bonum cogitari non propter.

III. CONSIDERATIO

Quarta puella sic ait. Pondera frater nedum predicatorum dnm de
persecutionum vili tolerantia. sed etiam quibus de illa predi-
cauerit desidera: certe suis dilectissimis discipulis quibz ipse dulcis
simus magister. ita ut permittit pacauit. beati ells cū homines psecu-
ti vos fuerint. Absit hoc sentire qd et nephias esset cogitare qd ipse
ipsos tam dilectos voluerit decipere quinimmo potius admo-
dum vtiliter ad tolerantiam persecutionum curauit premissis ver-
bis aimare. Beati inqt estis cū hoies psecuti vos fuerint. Ecce no
dicit eritis. sed dicit in presenti beati estis. qd mox hoc ipso qd quis
propter deum persecutionem patitur presentem habet causam sue be-
atitudinis. vt hoc dicit. qd beati sunt i spe qui post erunt in re nec
minus potest verbum hoc magistri veridicu importare. Spes autem
no dñdatur. quippe spes est cta expectatio future beatitudinis ex me-
ritis pueniens. Quenam inquires sunt illa merita? Profecto que ipse
magister insinuat desistentia scz in predicta persecutionum toleran-
tia. Quantum ergo gaudendum in expectatione certa que spem
diffinit. Spe gaudentes ait apostolus propter qd et ipse magister
admonet inferes post pmissa gaudete et exultate. Qn inquires: Ec-
ce hoc alio in loco manifestat. gaudete inquit in illa die et exulta-
te. i. non solum postea. sed in illa die scz persecutionis: vel in illa
die illustrationis qua certificati estis. qua non quasi in incertum
curritis. sed certitudinaliter expectatis mercedem in celis copio-
sam. Eorū dices. Quinam sunt isti celi? Audi magnum patrem
Augustinum. Non hic inquit celos dici puto superiores partes h9
visibilis materie. non enim merces nostra que debet esse in concus-
sa in rebus volubilibus collocanda est. sed in celis dictum puto i
spiritualibus firmamentis ubi habitat sempiterna iusticia. Sentiunt
ergo iam istam mercedem qui gaudet spiritualibz bonis. Sed ex oī
parte perficietur cū mortale hoc induerit immortalitatem.

Capitulum octavum continens cōsolationes super aliena mali-
cia paci hominis dtraria.

Octaūc post premissa ad dominam consolatricem sup-
dictam accessit et ali⁹ tristis super aliena malicia pe-
tens d̄solari⁹ cui illa de suis puellis tres mox adiun-
xit pro ipsius consolatione.

I.CONSIDERATIO

Prima puella sic ait. Ut quid quereris de malicia aliena? Sed
et si de illa oporteat querulari hoc ap̄ter ipsos malos? Et ap-
ter te si bonus sis nequaꝝ. Nimirum reproborum malicia confert
plurimum ipsis bonis. Confert nanq; ad nutrimentum prudentie
confert ad acumen intelligentie⁹ confert ad exercitium bonorū: cō-
fert ad purgationem perutilem iustorū. Vis scire ꝑ aliena mala d̄-
ferat ad nutrimentum prudentie. Audi iohannem os aureum Ar-
dens inquit malicia dum se satiare festinat rei exitum non aspicit
maliuolentia enim et liuor nutriunt prudentiam. Vis scire ꝑ con-
ferat ad acumen intelligentie simul et ad exercitium bonorū. Au-
di gregorij verbum egregium. Venerabili decretorū volumine re-
citatum. Abel inquit esse rennuit quem cayn malicia non exercet
ferrum quippe mentis nostre ad acumen non potest puenire veri-
tatis nisi hoc eraserit lima prauitatis. Vis scire deniq; ꝑ malicia
reproborum d̄fert ad perutilem purgationem iustorum. Audi pre-
fatum gregorium. Mala inquit reproborum bonos dum cruciant
purgant utilitati iustorum. militat etiam potestas prauorum.

II.CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. O homo aliena malicia te turbat cū sit
mala: sed eo consoleris quo prouenient inde bona. Vis hoc
post premissa iterum scire? Audi primo magnum patrem Augustinū
Aelius inquit iudicauit deus de malis benefacere ꝑ mala nō esse
permittere. Audi secundo et illum originem ex malicia pluri⁹ bo-
norū originem declarantem. Si malicia inquit non esset virtus
cōtrarium non haberet nec claresceret. nec examinatio fieret. nec
probatio vera. nec examinata. nec virtus esset tolle maliciam fra-
trum joseph et inuidiam simul perimes dispensationem dei et que
in egypto pro salute omni⁹ gentium gesta sunt. Si joseph non vē-
ditur somnium pharaonis nō exponitur. nemo frumenta in egypto
congregabit peribit egypt⁹ et finitime regiones. et ipse israhel et
semen ei⁹ querens panem egyptū nō ingredietur. nec egrediet⁹ in
mirabilibus dei. nec sicut virtutes quas fecit per moysem et aaron:

2

nemo mare rubrum sicco pede transibit. non dabitur manna nec aqua de petra. nec lex in monte synap^t terram promissionis nullus intrabit. **H**orogenes. Qui rursum. **A**ufert inquit maliciam iude et proditionem. **A**uferes pariter et crucez xpⁱ et passionem. **S**i non mors christi nec resurrectio eius. nec aliquis primogenit⁹ ex mortuis. nec spes resurrectionis. **R**ursus orogenes. Tolle astacias dypaboli. nec erit corona victorie legitime certanti. **E**i desinet obstantes non erunt agones. nec victoribus munera parantur. non scilicet ergo bonis vultur deus ad opus bonum. sed etiam malis. **B**unt vasa ad honorem sunt ad contumelias utraq^z tamen necessaria. **H**ec predictus. Deniq^z recordare q^z opposita iuxta se posita clarius elucescunt. mala ergo bonis quibus sunt opposita iuxta posita. hoc saltem bonum operantur. q^z ipsa bona malorum comparatione redduntur eo meliora quo et clariora.

III. CONSIDERATIO.

Tercia puella sic ait. O amice q^z proficia sit multociens mali:cia aliorum etiam illis in quos exercetur. **H**oc discas ex ep^a cuimdam sancti patris suo filio scribentis. **I**nimihi inquit hominis domestici eius. nam non ab alio tradit⁹ est salvator q^z a discipulo proprio. **J**oseph non ab alijs q^z a suis fratribus est venditus in egyptum. **S**imiliter job ab uxore et amicis graui⁹ est temptatus. **T**obi am uxoris propria suis verbis magis afflxit. **S**usanna seniores et populi indices nequiter cōtempnarunt. omnes tamen isti post bella et temptationes reportauere triumphum. et dum ex toto videbantur esse consumpti. tunc subito amplius gloriosi et fulgidi apparebant veluti cum post densas noctis tenebras lucifer matutinus exurgit et vide mirabilem et amabilem prouidentiam dei qui electis suis omnia conuertit in bonum qn etiā et iudem ipsi qui videntur obsterre obsequium prestant nescientes. dum em̄ quasi nituntur dei pudentiam impugnare. eo ipso agunt ut qd̄ deus de suis electis disposuit compleatur. **S**ic jacob dum esau ipsum insequitur agit ut in aliena patria diuitijs et multa familia clar⁹ fiat. **S**ic joseph dū a fratribus venditur in egyptum. ut quod sibi fuerat de dño super eos per somnia reuelatum totaliter impedirent. **D**er hoc egerunt ut hoc completeretur. qd̄ effugere nitebantur. **S**ic job duz ipm dyabolus a dno temptandum expedit ut prosternat. agit ut toti mundo eius mira patientia innotescat sibi post dyaboli certamina cunctis que prius habuerat a domino duplicatis. **I**ta ut cum omnibus hys multo viuens tempore videret filios filiorum usq^z in terciam et quartam generationez. **S**ic dauid saulis persecutioes fortiter tolerando super cunctum israhel finaliter exaltatur. **S**ic mardochaeum dum amā ligno parato ad ipsi⁹ suspensiū se credit

extinguere dum de eius nece statim ut credebat futura cum uxore et familia gloriatur: mira dei prouidentia res in contrarium verum tur ipseqz in eodez quod parauerat ligno suspenditur mardocheo Gloria mirabili exaltato. **N**imirum hoc procurante apud regem Hester regina simulqz cncurrentibus meritis mardochei qui fidelissimus extiterat ipsi regi Eunuchorum contra regem mortis consilia detegendo. **O**pulchrum enigma mihiqz dum rumino sapientum. In hester siquidem omniuz virginum reginam amplectoz qz suis agit intercessionibus: ut in insidijs suis impij capiantur. et incidunt in foueam quam foderunt. dum hostem iudeorum domino confitentium aman videlicet dyabolum eius quoqz membra decit et prosternit. **M**ardochaeum autem humilem exaltando propter quod iudeis nova lux oriri visa est gaudium et tripudium dum fons parvus crevit in flumen maximum et in aquas plurimas redundauit. hec ille sanctus pater.

Capitulum nonum continens consolationes super iniurijs homini illatis. vel inferendis.

Dono post premissa ad sepeditam dominam consolatricem accessit et alius tristis de iniurijs conquerendo cui mox illa p solatione sibi impendenda duas de suis puellis deputauit.

I. CONSIDERATIO.

Decima puella sic ait. **F**rater. Vis consolari super iniuria tibi illata: recurre quantotius mente ad peccata per te perpetrata. Dices forte quid tunc erit. **A**udi gregorium egregie respondentem. Tunc inquit illata conuicta bene toleramus cum in secreto mentis ad mala perpetrata recurrimus. leue quippe videbitur quod iniuria patimur dum in actione nostra conspicimus qz peius est quod meruimus. **H**ec ille et certe bene dicit. considerato namqz qz iniuria nobis illata insufficienter respondet peccatis merito gaudemus qz de residuo parcitur nobis. quis enim vel iusto dei iudicio priuandus utroqz oculo non merito gauderet relicto sibi uno altero a non suo iudice iniuriose sibi ablato.

II. CONSIDERATIO.

Ecunda puella sic ait. Tu qui de iniuria querularis attende pro consolatione aut ad illud quod elicitur ex verbis magni patris Augustini. videlicet qz iustus patienter tolerans iniuriam celestem meretur coronam. **A**ut forte melius ad illud qd sub distinctione promittitur per iohannem os aureum. **Q**uidquid inquit a quolibz homi passi fuerim9 iuste aut remissioz accipiem9 oim petitorum. aut si tata in nobis delicta n fuerit clarioribz honoremur coroni. **H**ec ille et vere magnu est omniu petitorum remissioz recipere

2
Sed maximum est clarorum coronarum celestium gaudijs abundare.

Capitulum decimum continens cōsolatiōes super prescriptiōne
seu de patria in exilium expulsione,

Decimo post premissa accessit ad p̄memoratā dominā consolatricem etiam alius tristis propter expulsiōne de patria perturbatus. At illa mox eidem pro consolatione de suis pueris tres deputauit.

I. CONSIDERATIO

Prima puella sic ait. Cur grauat te exilium ubi facile honoraberis magis q̄ in patria seu in loco proprie mansionis? Audi de hoc ipsum saluatorem. Amen inquit dico vobis. nemo propterea acceptus est in patria sua. Audi etiam super eodem verbo Bedā venerabilem. Non inquit solum dominus et caput prophetarum. Sed helias et ceteri prophete minus i patria q̄ ceteris ciuitatib⁹ sunt honorati. quia p̄opemodum naturale est cines ciuib⁹ inuidere. Non enim considerant presentia viri opera non virtutem. sed fragilitatem recordantur infātie quasi non et ipsi per eosdem etatis gradus ad maturam etatem peruererunt. Et ille. Sed et sufficiat familiari pro exemplo hoc qđ de quadā gloriose virginis p̄magine fertur dictum esse. p̄ scilicet cum per illam multa miracula fieri dicerentur quidam homo mirabilis hoc audito dixit se non credere assignans pro ratione. quia de quodaz truncō ligneo facta eset super quem apud ignem suum iacentem cuilibet volenti sedere licuisset.

II. CONSIDERATIO.

Seunda puella sic ait. Cur te expulsum de patria querularis. Dices forte quia poeta testante dulce natale solum. Et Hugo ille regularis idem testatur. ut inquit ait quidam nescio qua natale soluz dulcedine cunctos dicit et immemores non sinit esse sui. Hec autem iste licet recitet consolationis tamen expulsoz de patria viam et modum docet. Quomodo inquires. Certe ut homo de patria iudicium mutet. Videlicet ut non tantum natale solum. sed totum mundum patriam iudicet. vel magis non solum locū in quē exilio relegatus est. sed et terram de qua secundum carnem natus est et totum mundum exilium reputet. De hoc audi prefatum regularem. Virtutis inquit principiū est ut discat paulatim exercitatus animus visibilia hec et transitoria primum commutare. ut postmodum possit derelinquere. Delicatus ille est adhuc cui patria dulcis est. Fortis autem iam cui omne solum patria est. perfectus vero cui mundus totus exilium est. hec ille. Cuius sane dicto quantum ad fortis consolationem accedit verbum illius agellij. Patria inquit carere non est malū. quia forti viro om̄is locus p̄nia est.

2 4

Socrates enim non stulte exilij libertatem domestice seruituti anteposuit.

III. CONSIDERATIO.

Tercia puella sic ait. Tu de patria esse te expulsum opinaris? Sed scias te non expulsum esse de patria: et ita consoleris Huius rei preter predictos sunt testes alij fidedigni. Audi illud stresem Senecaz. Patriam inquit meam transire non possum omnium vna est extra hac nemo proici potest. Non patria mihi interdici sibi locum inquamcunqz terram venio in meam vemo. nulla terra exilium est. Sed altera patria est vbiqz bene est. Illud autem per quod bene est in homine non in loco est. Si enim sapiens est peregrinatur: si stultus exulat. Hec ille illustris. Et ecce quo iuxta prefati verbum regularis commutat vocabula. nam in exilium missionem. vocat sapientis peregrinationem: expulsionem concedit de loco. Sed qz negat de patria. ut sic manere in patria sit ad consolationem. Sed qz dicit altera patria est. eleuat mentem auditoris ad consolatoria estimationem. cum enim eiusdem non possint esse due patrie. Locus de quo quis proicitur sive terra non erit secundum premissa patria eius reputanda: sed et censenda est patria potius ille locus: de quo scitur homo non exterior sed interior oriundus. Quippe accessorum vel minus principale naturam sequi congruit principalis. Quid igit: profecto hoc exterior respectu interioris minor est quam granum milij respectu totius corporis celestis. Homo autem interior non est de quicunqz huius mundi loco oriundus. igitur nullus huius mundi locus pro patria: sed totus iste mundus pro exilio est habendus. et alter ab eo locus pro patria a qua nemineqz quod expellit est censendus. Audi ad hunc sensum venerandam illaz boetianam consolatricem ipsum boetium alloquenter. Tu quidez inquit procul a patria non pulsus es sed aberrasti. At si te pulsus existimari manus te potius ipse pepulisti. Nam id quidem de te non quod cuique phas fuisse. si enim cuius oriundus sis patrie reminiscare non vti attheniensium quondam multitudinis imperio regitur: sed que frequentia ciuium non depulsione letetur cuius agi frenis atque obtemperare iusticie summa libertas est. Hec illa de illa intendens de patria libera que sursum est iherusalem mater nostra cuius regis frenis regi est vtiqz libertas summa.

Capituluz undecimū contines consolationes specialiter super tormentorum afflictione et violenta mortis illatione.

Tidecimo post premissa ad dominam consolatricez super predictam accessit et aliis tristis conquerens de tormentis: que mox eidem pro consolatione de suis purellis quinqz assignauit.

I. CONSIDERATIO.

Drima puella sic ait. O amice nescis quod dictum est de babilone? quantum glorificavit se et in deliciis fuit. tantum date illi tormentum et luctum? Sed deus infinite bonus et dulcis videtur pro me ad delicias post tormenta tribuendum? quod ad tormenta post delicias infligendum. Quid ergo? Prefecto gaudenter sunt tormenta toleranda nedum quando sperantur tante delicie post tanta tormenta puta ipsis commensurate? Sed potius delicie in immensum excedentes. non solum in duratione perpetua. verum etiam in deliciarum copia. Hinc enim de iustis dicit scriptura. Si coram homines tormenta passi sunt. spes illorum immortalitate plena est. in paucis vero in multis bene disponentur. Quo inquires; certe sua uitate deliciarum. A quo etiam inquires. Certe ab illa eterna sapientia que disponit omnia suaviter. ut scilicet ipsis iusti multarum deliciarum suavitate in illa immortali vita gaudеant spem ipsorum nunc replente. i. nullo contrario eam occupante. Ad consolationem itaque habendam in tormentis sufficiat nunc illa spes suavis dispositionis immortalis consistens in deliciis copiosis quam spem sequitur res tunc cum beatorum corpora seu corporum membra nunc tormentis afflita. multis deliciis bene. i. suaviter a deo disponetur. quando iuxta certum propheticum testimonium continget deliciis affluere ab omnimoda gloria eius.

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. O karissime nescia quod sanctarum personarum aliqua sexus feminei quandoque est inuenta. tam constas in tormentorum tolerantia? quod dignus duxit sancta mater ecclesia cantare de ipsa. Erecta in virtutis culmine. tormenta derisit? Quanto igitur magis virilis animus tormenta deridebit? quod et licet factum sit sepius. tamen nunc occurrit laurentius. occurrit et vincentius. Nonne habes supra per patrem clareuallis quod laurentius irridebat carnifex? iudicem subsannabat. et bene dicit pater iste. Nam legitur quod decius iussit laurentium scorpionibus cedi. et omne genas tormentorum ante eum afferri quem cu[m] sacrificare iubaret. ut hec tormenta euaderet. respondit. Infelix has epulas semper optauit. tunc iuhente decio fustibus ceditur et ardentes lame ad latera apponuntur. et post aliqua iussit eum decius iterum scorpionibus cedi. subridens autem laurentius gratias egit. et quid hoc erat aliud quod tormenta carnificum deridere? Nam et post cum iussu decii ministri eum super cratem ferream nudum exterridissent. et primum suppositis eum cum furcis ferreis compressissent? Dixit hylarius vultu ad decium. Ecce miser assasti unam partem. gira aliam et mā duca. Nonne etiam legitur de derisione consimili. videlicet cum dianus iussisset vincentium in eculeo distentum membris omnibus dissipari. et h[oc] facto diceret. Dic viceti ubi nūc miserū corp[us] despicias

ille subridens ait. hoc est quod semper optauit. tunc iratus preses
 cepit omnia genera tormentorum minas. nisi ei consentiret. Cui vi-
 centius. Insurge miser et toto malignitatis spiritu debachare. vi-
 debis me dei virtute plus posse dum torqueor. q̄ possis ipse q̄ tor-
 ques. Ad hec preses cepit clamare et carnifices virgis et fustibus
 verberare. et ait vincentius. quid dicis daciane. Ecce tu ipse me vi-
 dicas de apparitorib⁹ meis. tunc preses amens factus dixit carni-
 ficibus. miseri nihil facitis. cur deficiunt manus vestre? Propter qđ
 carnifices pectines ferreos usq; ad ultima costarum fixerunt. ita
 ut de toto eius corpore sanguis efflueret. et solutis costarum com-
 paginibus viscera interna paterent. Et ait dacianus. miserere tui
 vincenti ut possis ea que superflunt tormenta lucrari. Et ait Vincen-
 tius. O venenosa lingua dyaboli. tormenta tua non timeo. nolo
 ut aliquid minus de supplicijs ut te victimum in omnibus fatearis.
 Tunc assumptus ex eculeo atq; ad patibulum raptus moras carni-
 ficium arguendo. ad penam alacriter properabat. Ceterum redeū-
 do ad serum femineum si hystorias legeres. premissis cōsimilia re-
 perires. Ecce d̄ Agatha sic canit ecclesia. Agatha letissime et glo-
 rianter ibat ad carcerem. et quasi ad epulas inuitata. Sed et in e-
 culeo iussa suspendi. et in mamilla torqueri legitur dixisse. Ego in
 hijs penis ita delector sicut qui bonum nunciuz audit. aut qui vi-
 det qđ diu desiderauit aut qui multos thesauros inuenit. Et certe i
 primo puncto de epulis cum laurentio concordans. licet epule d̄
 lectent. et tormenta crucient. non tamen ipsa videtur errasse. eo qđ
 tormenta iustorum sunt adeo propinquā dispositio ad epulas. De
 quibus dicit scriptura. Iusti epulentur et exultent in conspectu di-
 Quapropter parum distare. nihil distare videntur. Sunt igitur tor-
 menta epule. i. epularum seu celestiū deliciarum p̄pinquissime cāe
 Et licet in hijs tormentis consistat manna ad presens abscondi-
 tum. tamen perfectioribus solent sanctis dulce sapere. saltem sub
 proximarum epularum ratione. Sunt etiam tormenta bonum nun-
 ciūm utpote epulas celestium deliciarū instare de proximo nūciā-
 tia. nec mirum si idcirco diu añp in presentiarum videantur a san-
 ctis viris vel feminis snt desiderata. ut de cruce supra patuit in
 andrea. quam dum vidit exultauit. ac se illam diu desiderasse as-
 seruit. Nec etiaz profecto tormenta multis sunt thesauris equippol-
 lentia. quippe in hijs consistit monete cuiusdam percussura que ad
 regnum celorum comparandum omnibus mundi huius thesauris
 deo magis est accepta. O igitur felicia tormenta felices constitue-
 tia. merito optanda. Vnde et mater ecclesia sic canit de vincentio.
 Beatus vincentius applicatus tormentis. alaci vultu dixit. Hoc
 est quod semper optauit et votis omnibus exquisiui. Sed et reddit⁹
 dicti rō de ipso simul et valerio sic cātādo. Tāto nāq; feliciores se
 esse credebāt. q̄nto acora tirāni supplicia pia lōganitate certassent

euincere.

III. CONSIDERATIO

Tertia puella sic ait. Cur amice non recipis consolationem in tormentis que merentur dei presentiam certamen videre volentes? de quo etiam gaudium est angelis. Vis scire quod merentur dei presentiam? Audi vocem ecclesie de vincentio sic cantantis. Beatus vincentius applicatus tormentis dei presentia roboratus. Et nūquit nō aliqd sile de visiōe certamis reperit? Certe sic in illo glorioso anthonio .de quo legitur quod cum quadam nocte a demonibus esset laceratus. subito radi⁹ quidaz lucis. et demones. et tenebras effugauit! statimq⁹ sanatus. christum presentem intelligens dixit. Vbi eras ihesu bone vbi eras: quare a principio non affuisti ut cures vulnera mea. et vox ad eum ait. Anthoni hic eram: sed exceptui videre certamen tuum. Sed quid? Profecto non magis vide re vult deus certamen viri sancti cum dyabulo quod cu⁹ ministro dyaboli .i. cum quocunq⁹ tyranno. Doro quod de illo certamine angelis sit gaudium digne mouens ad ipsius exercitium hoc patet auctoritate ecclesie in festo agathe intonantis. Gaudeamus omnes in domino diem festum celebrantes sub honore Agathe virginis de cuius passione gaudent angeli et collaudant filium dei

III. CONSIDERATIO

Quarta puella sic ait. Dic queso mihi cur times tormenta? Si pene acerbitas est in causa. non expedit quidem homini qui desiderat in conspectu divine maiestatis virtutuz in habitibus nobilioz comparere: et per hoc thesaurum premiorum sibi cōparare. Audi personam que videtur diuinitus inspirata huiuscemodi fecisse comparationem superius etiam tactam. Sicut inquit serica vestis que cum auro et lapidibus preciosis ornatur nequaquam propter grauedinem proiicitur: sed ex hoc nobilioz et carior habetur. Ita fidelis anima propter pene acerbitatem. ipsam virtutis vestem non recusabit? quia omnes virtutes eius ex hoc nobilitantur: et meritum eius exinde in infinitum thesaurum cumulatur. b illa.

V. CONSIDERATIO

Quinta puella sic ait. O homo huius seculi ideo forte tormenta perhorrescis precipue quia statim mortem possunt inducere. Sed hec ratio tanto bono quod illata mortem potest dsequi considerato: non desolationis. sed causam potius implicat magne consolationis. Vis hoc intelligere. Audi nostrum aquinensem. Si quis inquit mortem illata patienter sustineat. etiaz si pro aliquibus criminibus sit illata valet ad diminutionem pene et ad liberationem etiā a tota pena summa quantitate culpe et patie et detritiois. b ille. Sed quid? Certe nō est modica solatio euadere penā ignis purgatori⁹ que est ade magna. quod magn⁹ pē Augustini⁹ magnitudiez eius insinuās. Dei⁹ inquit purgād⁹ e igne purgatori⁹. quod i aliud secl⁹ distulit fructū duersiois. Is autem ignis et si etern⁹ nō sit miro tñ mō quis est

ercellit enim omnem penam quā vñq̄ aliquis passus est in hac vi-
ta nunq̄ in carne tanta pena inuenta est. licet mirabilia passi sine
martires tormenta. **H**ec pater ille. que et venerabile volumen re-
citat decretorum. **S**ed et cypilli ep̄la predicto magno patri quon-
dam directa eandem sententiam miraculosa quadam visione et hor-
ribili manifestat.

V Capitulum duodecimum continens consolationes super martiri-
o seu martirij passione et dira morte.

Dodecimo post premissa accessit et aliis tristis ad p̄-
memoratam dominam consolatricem. occasione im-
minentis martirij nimiū perturbatus cui illa pro oso-
latione de suis pueris octo assignauit.

I. CONSIDERATIO.

Prima puella sic ait. **O** amice cur sic de martirio cōtristaris? ne
preferas iudicium tuum alijs presertim spiritualibus viris et
feminis? quippe spiritualis omia dijudicat ait apostol⁹. **Sperit iudicium euz res transit in affectum. **I**ta spiritualis min⁹ ma-
le affect⁹ atqz minus in iudicio impeditus est ad recte iudicandū
subtilioris intellectus. **Q**uid ergo? **P**rofecto nisi viri et femine spi-
rituales in martirio non aliud magni boni consistere iudicassent:
non tam patienter. tam libenter. tanqz glorianter et audacter mar-
tirium suscepissent: quoqz preclara exempla digne ad similia nos
mouentia illeorum hystorie qui tempore veteris et noue legis fu-
erunt. manifestant. **V**is habere exempla quantu⁹ ad utrumqz sexū
de veteri testamento. **V**ide p̄mo hystoriā d̄ Eleazaro. **E**cce mach-
abecorum liber de hoc viro sic dicit. **E**leazarus unus de prioribus
scribarum vir etate prouect⁹. et vultu decorus: aperto ore hysans
compellebat carnem porcinam manducare. **A**t ille glorioſaz mor-
tem magis q̄ odibilem vitam amplectens: voluntarie preibat ad
supplicium. **H**ij autem qui astabant ppter antiquaz viri amiciciam
tollentes euz secreto rogabant afferei carnes quibus vesci ei lice-
bat. vt simularetur manducasse. sic rex impauerat de sacrifici⁹ car-
nibus. vt hoc facto a morte liberaretur. et propter veterem viri a-
amiciciam hanc in eo fecerunt humanitatem. **A**t ille cogitare cep-
etatis ac senectutis sue eminētiā dignaz et ingenue nobilitatis ca-
niciē atqz a puerō optime conuersationis. et secundum sancte et
a deo condite legis instituta respondit cito dicens premitti se vel
le in infernum: non enim etatem nostram dignum est inquit finge-
re vt multi adolescentium arbitrantes eleazaruz nonaginta anno-
rum transisse ad vitam alienigenarum. et ipsa propter meam filati-
onem. et ppter modicum corruptibilis vite tempus decipientur et
per hoc maculam atqz execrationez mee senectuti conquiram. **Q**m̄
obrem fortiter ipsam vitam excedendo senectute quidem dignus**

2

apparebo. **A**dolescētibus autem exemplum forte relinquam: **S**i prompto animo ac fortiter pro sanctissimis legibus honesta morte perfungar. **H**ijs dictis confessim ad supplicium trahebatur: sⁱ cum plagiis perimeretur ingemuit et dixit. **D**omine de⁹ qui habes sanctam scientiam manifeste tu scis. quia cum a morte possem liberi. duros corporis sustineo dolores: secundum animam vero propter timorem tuum libenter hoc patior: et iste quidem hoc modo vita decepit. non solum iuuenibus. sed et vniuerse genti memoriam mortis sue ad exemplum virtutis et fortitudinis derelinques. **H**ec in dicto libro in quo et de sexu femineo videlicet de matre quadā septem filiorum. **V**na tamen cum filijs suis exemplum martirium patiendi gloriosum et memoria dignum cōmemoratur in hec verba. **C**ontigit septem fratres cum matre apprehensos. compelli a rege scilicet Antiocho contra phas ad carnes porcinas. **V**n⁹ autem ex illis qui erat primus sic ait. quid queris? et quid vis disceire a nobis? **D**arati sumus mori magis q̄d patrias dei leges prouari. **I**ratus itaqz rex iussit sartagines et ollas eneas succendi: quibus statim succensis iussit ei qui prior fuerat locutus amputari lingam. et cute capit⁹ abstracta summas quoqz manus ei et pedes presidi ceteris eius fratribus et matre insipientibus et cu⁹ iam per omnia inutilis factus esset. iussit ignez admoueri. et adhuc sp̄ rāntem torri in sartagine. **I**n qua cum diu cruciaretur ceteri una cum matre inuicem se hortabant mori fortiter dicentes. **D**ominus deus aspiciet veritatem et consolabitur in nobis: quemadmodum protestatione cantici declarauit moyses. et in seruis suis consolabitur. **A**ortuo itaqz primo illo: hoc modo sequentem deducebant ad illudendum. et cute capit⁹ eius cum capillis detracta interrogabant si manducaret prius p̄ toto corpore per membra singularia puniretur. **E**t ille respondens patria voce dixit. Non faciam propter quod et iste sequenti loco primi tormenta suscepit. et in ultimo spiritu dilitatus. sic ait. Tu quidez scelestissime in presenti vita nos perdis: sed rex totius mundi defunctos nos pro suis legibus in eterne vite resurrectionem suscitabit. **P**ost hunc tercius illudebatur. et linguam postulatus cito protulit. et manus constanter extendit. et cum fiducia ait. e celo ista possideo. sed ppter dei leges nunc hec ipsa despicio. quoniam ab ipso me ea receperum spero. **I**ta ut rex et qui cum ipso erant mirarentur adolescentis animum q̄ tanq̄ nihil duceret cruciatus. **E**t hoc ita defuncto quartum vexabant similiter torquentes. sequitur post verba illius. et cum admouissent quīcum vexabant euz. sequitur post verba illius. **P**ost hunc ducebant et sextum. sequitur post verba il lius. **S**upra modum autem mater mirabilis et bonorum memoria digna que pereuntes septē filios sub vni⁹ diei tpe bono aimo fecebat ppter spē quā in deū hēbat: singl⁹ os eoz hortabat p̄ea voce

fortiter repleta sapientia et feminee cogitationi masculinum ani-
 muz inserens. dixit ad eos. **E**ilij nescio qualiter i vtero meo aparui
 sis. neqz enim ego spiritum et animam donavi tobis et vitam: et
 singulorum membra non ego ipsa compegi. sed et mundi creatr q
 formauit hominis natuitatem quiqz hominum inuenit originem
 et spiritum vobis iterum cum miseri cordia reddet et vita sicut nuc
 nosmetipso despiciatis ppter leges eius. **A**nthiochus autem conte-
 ni se arbitratus. cum adhuc adolescentior superesset. non soluz v-
 bis hortabatur. sed et iuramento affirmabat diuitem se et beatum
 facturum et translatum a patrijs legibus amicum habiturum et
 res necessarias prebiturum. **S**ed ad hec cum adolescens nequaq
 inclinaretur vocavit rex matre et suadebat vt adolescenti fieret in
 salutem: cum autem multis eam verbis esset hortat⁹ promisit sua-
 suram se filio suo. **I**taqz inclinata ad illuz irridens crudelē tyrannū
 ait patria voce. fili mi miserere mei que te in vtero decem menses
 portauit et lac triennio dedi et alui. et in etatem istam produxi. pe-
 to a te vt aspicias in celuz et terrā et ad omnia que in eis sunt et in
 telligas. quia ex nihilo fecit illa deus et hominum genus. **I**ta fi-
 et vt non timeas carnificem istum. sed dignus fratribus tuis effe-
 ctus. suscipe mortem vt in illa miseratione cum fratrib⁹ tuis te re-
 cipiam. **C**um h illa adhuc diceret. ait adolescens. **Q**uem sustinetis.
 non obedio precepto regis: sed precepto legis que data est nobis
 per moysen sequitur post multa verba ipsius contra regem dicta
 tunc rex accensus ira in hunc super omnes crudeli⁹ deseuit indi-
 gne ferens derisum se. et hic itaqz mund⁹ obiit per omnia in domi-
 no fidens. **N**ouissime autez p̄st filios et mater consumpta est. h
 ibi. **D**orro si exempla martirium patiendi similiter quantum ad
 vtrumqz sexum vis habere etiam de h̄is qui fuere tempore noue
 legis. dsidera primo prius dicta et que vltius dici possunt de vi-
 ris amoris et ferooris eximis: **D**uta de andrea. de laurentio. de ri-
 centio. atqz illam pulcram hystoriam de sebastiano milite glorio-
 so. dsidera et quantum ad sexuz femineuz dicta et que dici possunt
 de agatha. de katherina. de agneta. de margareta. ac de pluribus
 alijs. specialiter autem et de alia matre. vij. filiorum vna cum fi-
 lijs suis de quibus sic legitur. **S**eptem fratres fuerunt filij beate
 felicitatis quoqz nomina sunt januarius. felix. phippus. syluanus
 marcialis. vitalis. alexander. hos omnes cum matre iussu impera-
 toris anthonij publius prefectus ad se vocari fecit suasitqz matri
 vt sui et filiorum suorum misereri deberet. Que ait. **N**eqz blan-
 dicijs tuis potero allici nec terroribus frangi. et conuersa ad fili-
 os ait. **V**idete filij mei celum et sursum aspicite karissimi: quia ibi
 dem expectat nos cristus. **F**ortiter p̄ cristo pugnate et fideles vos
 in cristi amore exhibete. **C**um ergo mater et filij constantissimi i fe-
 de permanerent omnes vidente matre et confortante. diuersis sūt

2

occisi supplicijs. **Q**ui nobrem et gregorius egregie commendat martirum eiusdem martitis. **B**eata inquit felicitas. viij. filios ut in sensis ipsius legitur ita post se timuit viuos in carne relinquere sicut parentes carnales solent ne mortuos premittant metuere. **I**n persecutionis enim labore deprehensa corda filiorum in amore superne patrie predicando roboreauit. et spiritu parturiuit deo quos carnem pepererat mundo. cōsiderate fratres in femineo corpore pectus virile. **A**d mortem imperterrita stetit et in filijs se lumen veritatis amittere si non fuisset orbata timuit. **N**on igitur hanc feminā. matrem. sed plus q̄ martirem dixerim: que septem pignoribus ad regnum premissis ante se moritura totiens ad penam prima venit. s̄z octava peruenit cruciata et impetrata mater stetit per filiorū mortem dolori nature. spei gaudium adhibuit: timuit viuentibus gauisa morientibus optauit post se nullum relinquere ne liquem haberet superstitem non posset habere consortem. **N**emo autem existimet q̄ eius cor morientibus filijs minime pulsauerit etiaꝝ affectus carnalis. **N**on enim filios quos carnem suam nouerat esse. poterat sine dolore morientes videre. sed erat interior vis amoris que dolorum vinceret carnis. **E**lios igitur iuxta carnem amauit: sed amatos pro amore celestis patrie mori coram se voluit. **I**llorum vulnera suscepit. sed ipsa in eis ad regnum preuenientibus excruevit. **R**ecte ergo plus q̄ martir hec femina fuit. que totiens in filijs desideranter extincta dum multiplex martirium obtinuit. ipsa quoq; martini palma vicit. **M**artires ergo beata felicitas vicit que tot ante se morientibus filijs pro christo frequenter occubuit quoniam et illius amori sola mors sua minime suffecit. hec gregorius.

II. CONSIDERATIO

Secunda puella sic ait. **O** amice. **T**u a deo expectas tandem post hanc vitam illam consolationem nobis repremissam. de qua ipse dominus loquitur per prophetam. **Q**uomodo inquit sicut mater blandiatur. **I**ta ego consolabor vos et in iherusalem consolabimini: que consolatio quanta sit. nec oculus vidit. nec auris audiuit. nec in cor hominis ascendit. et nonne dignum est q̄ et tu illum consolationem promerearis per martirijs pugnam cui presens est. et respicit te ei tanq; spectaculum exhibendo. quatenus et ispe in te consoletur vel magis letetur: **D**ices forte est ne mihi hoc possibile. **E**st utiq; **N**onne de consolatione ipsi in tua pugna presentis habes expressum testimonium per verba prius per sororem meam ex machabeorum libro recitata: de matre scilicet cum septem filijs quorum uno cum diu in sartagine cruciaretur. ceteri una cuj m̄re sicut ibi dicitur inicē se hortabāt mori fortiter. dicētes. dñs deus aspiciet et cōsolabitur in nobis? **P**orro de ipsius christi leticia

in martiū pugna loquēs ille Cyprian⁹. O inq̄t quale dō fuit illud spectaculum. q̄ letus illic christus affuit. q̄ libens in talibus pugnauit. hec ille depugna martirum preterita. sed et eadem ratio ē etiam de futura.

III. CONSIDERATIO.

Dercia puella sic ait. Nonne illud quod preciosum est ex sui habet ratione q̄ nec triste. nec molestum est. sed magis appetibile est. Vt iqz. sed quid? Profecto martirium preciosum est. licet em̄ generaliter preciosa in conspectu domini mors sanctorum ei⁹. specialiter tamen inter sanctorum mortes ceteris paribus preciosius est martirium. utpote presentia christi consecratuz pariter et per eum consummatuz. Audi quid de hoc sanctus ille Cyprian⁹ epistoliter scripserit. O inquit beati martyres quibus vos laudibus p̄dicem⁹. O milites fortissimi usqz ad glorie consummationez toleratis durissimam questionem nec cessistis supplicijs. sed potius supplicia cesserunt vobis. finem dolorib⁹. quem non dabant tormenta. dedit corona. O quale deo fuit illud spectaculum. q̄ sublime. q̄ magnum. q̄ preciosum et acceptum. q̄ letus. illic christus affuit. q̄ libens in talibus pugnauit et riecit. hec ille. Audi beatam aegatham christum alloquentem. Vidisti inquit domine agonem meum et expectasti quomodo pugnauit in stadio et cetera. Et iohānes episcopus christi militem alloquens. considera inquit te presente deo cum hoste pugnare. fauet ut obtineas cum pugnas. presens est in tua pugna dominus conreditur. et victoria tibi ascribitur. Deniqz cum martirium baptismati comparetur preciositati eius attestatur q̄ ceteris baptismatibus prefertur. Audi prefatum cyprianum de hoc loquentem. Hoc inquit baptismus in gratia maius. in potestate sublimius. in honore preciosius. De hoc etiam ille maximus. Felix inquit baptismus sanguinis. quo omne delictuz ita exiit. ut iam non possit redire.

III. CONSIDERATIO.

Varta puella sic ait. Nonne velles o amic⁹ maioruz sanctoruz communiter libenter numero aggregari. Vellem inquies. si scirem qu⁹ pacto. profecto hoc poteris virtute veri martiri⁹. Vis hoc scire ratione hoc consideres pariter et similitudine. Ecce ratio maior caritas. maiorem sanctum constituit. Sed nonne ipse salvator testatur caritatem martirum a caritate aliorum communiter saltē signis evidētibus non excedi. Quod quidez insinuans voce ecclesie. maiore inq̄t caritatē nemo hz ut animā suā ponat q̄s p amicis suis. Dero si istō d̄sideras p filiūdīez d̄firmari. Ecce sic dicit mudi sapiēs q̄ arbores sūt magne iux mare rubr. Ita boies

qui arborib⁹ comparantur. sicut magni et maiores q̄ omuniter a-
lij etiā sancti. et hoc quidem prope mare rubrū. i. propter amarum
martirium quo rubrum sanguinem effundunt propter cristum.

V. CONSIDERATIO.

Quinta puella sic ait. Estimo q̄ ideo hoeres de martirū fieri nu-
mero. quia infelices reputas. Sed hoc vtcumq; concessio. que
so dic mihi an ncn melior sit infelicitas felicitate perornata. q̄ fe-
licitas infelicitate deprauata. vel qđ in idem redit. an non meli⁹
sit esse feliciter infelicem. q̄ infelicitas felicem? Sed petes forte
problema melius explicari. Deto igitur a te. an non melius sit es-
se temporaliter infelicem et eternaliter felicem? temporaliter fe-
licem et eternaliter infelicem? Et credo prouidubio q̄ sentias pri-
mum esse melius p̄ secundum. Sed quid? Profecto primum qđ me-
lius est atq; ideo potius amplectendum? hoc sanctis ratione mar-
tirij. secundum vero conuenit hominibus seculi. Audi de hoc ma-
gnam patrem Augustinum. Seculi inquit homines infeliciter feli-
ces sunt. martyres autem feliciter infelices. Quid ni sic dixerit? Ni
mirum ipsi martyres temporalis passionis infelicitatē eo feliciter
patiuntur quo ipsi regnum celorū immediate post martirij ingre-
diuntur. Hoc nanq; pater clareuallis insinuās. Pauperib⁹ inquit
pariter et martirib⁹ regnum celorum promittitur quia paupertate
quidem emitur. sed in passione pro cristo absq; dilatione aperitur.

VI. CONSIDERATIO

Sexta puella sic ait. O amice cur mori pro cristo trepidas? qui
pro te mortem pati minime dubitauit? Ipse quidem qui ncn
tenebatur. tu vero qui teneris. Ipse inermis. tu vero per ipsum pa-
ta habens arma. Ad que assumenda admonet petrus apostolus
Xpo inquit in carne passo et vos eadez cogitatione armamini. Ipso
scilicet xpo ad hoc seipso prouocante. Audi patrem clareuallis.
Verumq; inquit es mihi domine et speculum patienti⁹. et premiu⁹
patientis. utrumq; prouocat fortiter et vehementer accendit. De-
ipso etiam christo sponsa ait in cantico. Fasciculus mirre dilect⁹
meys mihi inter ubera mea dmorabitur. et quid sibi volunt hec v-
ba? Profecto secundum notam huius cantici dilect⁹ sponse chri-
sto scilicet in cruce potus mirrati vini oblatus est. et fascicul⁹ mir-
re. ipse dilectus factus est. quando ablatus de cruce et sepeliend⁹
mirra perlinitus est. vt sic per mirram d̄sideremus dominicā sepul-
turam. vel ipsa amara mors dilecti et tota passionis congeries per
mirre amare fasciculus designatur pro quanto in ea plures fuerūt
amaritudines. quia scilicet in omnibus membris quemadmodū ta-
lis fasciculus componitur ex plurib⁹ ramusculis. Sed quid est q̄
huc fasciculū vult spōsa iter ubera sua haberē nisi q̄ dignū duc⁹ se
xpm passuz vt exēplū oēm mortis et pass.ōis amaritudiez tolerādi

pre oculis habere in pectore seu in corde pro continua recordatione. Inter vbera igitur eius. i. inter intellectum et affectum vel in corde q̄ quasi est inter vbera dictus fasciculus. i. xp̄ eius dilect⁹ commorabitur. i. continue versabitur per intellectus meditacionē et affectus compassionem. et cordis amorosam recordationem. Ve rum quia mirra non solum est amara. sed etiam odorifera. et per cō sequens xp̄ di vt⁹ et dei sapientia per amare mortis passionem q̄i mirra electa dedit suavitatem odoris. Idcirco de predicto mirre fasciculo loquens pater clareuallis. habete inquit illum semper n̄ retro in humeris sed ante pre oculis ne portantes et non odorantes. et onus premat. et odor non erigat. videntes angustias domini levius vestras portabitis. Ad hanc nimirum intentionem etiam loquitur sanctissimus pater gregorius. Si inquit passio domini ad memoriam reuocetur: nihil adeo durus quod n̄ equo aio toleretur.

VII. CONSIDERATIO.

Aptima puella sic ait. Nōne libenter velle deberes pati mortem duriorēm: ut haberet respectu eterni cruciatus euadendi et eterni gaudiū consequendi securiorēm: certe sic. Sed quid: Profecto respectu predictorum saltem eximi⁹ doctoris dicto supposito non est mors securior q̄ sit mors quam martirium implicat vel inducit. Est nimirum securior q̄ mori in seculari prelio q̄ mori i le cto. vel quouis alio modo. Nempe in quolibet alio mortis genere vera contritio q̄uis quādoqz in tali articulo haberet difficilis. tamen necessaria est ad salutem: sed secundum p̄memoratuz doctorem videlicet thomam aquinensem ad effectum martirij sic sufficit sola attritio q̄ veram tritionem martirio esse preuiam. non est necessariuz ad salutem: eo ad minus quo h̄m ip̄m in baptismo sanguinis gratia defertur pueris. qui pro cristo occiduntur. et etiam adulatis p̄t in ipso actu passionis gratia dari sicut in baptismo aque si se ad eam disposuerunt et obicem non ponunt spirituis sancto.

VIII. CONSIDERATIO.

Octaua puella sic ait. O homo cur non libenter pugnas p̄ martyris tolerantiam. qua in pugna habebis victoriam. et ea pera cta. absqz dubio reportabis coronam: sed et insuper membrorum vulnerorum pulchritudinem maximam: Vis scire de victoria pariter et corona: Audi de re maxima illum maximum ep̄m. Qui inqt occiditur p̄ xp̄ vīctus non dicitur. qz dum occiditur vīctor efficietur. corona p̄prie vīctoribus datur. quomodo ergo occisus ille vīctor negatur qui p̄ eo q̄ occiditur a iusto iudice coronatur. nō est ergo vīct⁹ occisus cui mors corporis instantum facta est triumphal⁹ ut per illam fieret immortalis. Vis scire ulteri⁹ de membroruz vulnerorum penes ipsa vulnera pulchritudine maxima: Audi iehan nem os aureum. Sicut inquit ex corona regali vndiqz fulgores emituntur: ita martirum corpora p̄ xp̄ vulneribus distincta oim

m
regum dyademate delectabiliora reddūtur. hec ille. §3 et de hac
materia plurima alibi sunt conscripta.

¶ Explicit liber secundus de solatiōe theologie. Incipit liber ter
ci⁹ continens solationum remedia oportuna contra illa turbati-
ua que opponuntur modo et quieti. Capitulum primum dñinens
consolations super inquietudine temptationum in genere.

Tercio principaliter. xx. et uno tristib⁹ supradicte dñe
consolatrici principali appropinquantib⁹ et ei astāū
b⁹ unus ex eis ppter inquietudinem temptationum
in genere ante ceteros ipsam est allocutus hijs ver-
bis. O dña clementissima nimis vexor temptationib⁹
et vestra consolatōe summe indigeo. At illa eidem dñstiz de suis
puellis tres adiunxit. quaten⁹ dicto tristi solationem impendes
rent quantam possent.

I. CONSIDERATIO.

Drīma puella sic ait. O homo dic nunq̄ audisti illud poeti⁹
cum leui⁹ communia tangunt. Si non audisti tene per expi-
entiam ita esse. Quid ergo. Profecto sequitur hic si hucusqz tempta-
tionib⁹ es vexatus. et grauiter hoc portasti. q̄ non tam egre feras
ammodo. sed de necessitate virtutē faciens plus solito leuiter por-
tes. Quippe temptari passio est ineuitabilis et communis omnib⁹
deo seruire incipientib⁹ atqz deo acceptis. siue signum preciosum
diuine dilectionis. Vis scire q̄ temptari passio est ineuitabilis. Tu-
di magnum patrem Augustinum premonitos inquit vos esse velo-
nem sup terram absqz temptatione victuz. Vis scire q̄ hoc ac-
cidens deo seruire incipientib⁹ specialiter sit commune. Audi ec-
clesiasticum. Eli inquit accedens ad seruitutem dei prepara aiām
tuam ad temptationem. Vis scire q̄ sit omne deo acceptis siue si-
gnum diuine dilectionis. Audi angelum Raphaelez thobie loquē-
tem. q̄ inquit acceptus eras deo necesse fuit ut temptatō probaret
te. O signum rei optime tante dignationis diuine. tante dilectionis
et gratiae. signum eterne felicitatis firmissime sperande.

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. Nunq̄ie non materia; gaudi⁹ ferre po-
teris. aut gaudio molestaris. Est profecto temptatō quiddam
gaudiosum. i. gaudio plenum. Audi jacobuz alphhei. Omne inquiet
gaudium existimare fratres mei cum in temptationes varias incide-
ritis. omne inquit gaudium scz mundi s̄m equivalentiam. vel poti-
us s̄m eminētiā. §3 q̄ dicit existimare. absit ita obere intelligi. q̄ ta-
lis et tāt⁹ apl⁹ ab utero m̄ris sanct⁹ et ppter similitudinez i facie
et morib⁹ fr̄ dñi dicit⁹. velit quoscūqz fl̄am h̄ē estimatōez de reb⁹